11. Δουλοπρεπὲς] Antiquiores fere omnes Edd. legunt hic δυλοπρ— barbare, *Ald.* nempe *F.* & *Bz. P.* etiam. Sed bene habet in *Fl. Fr.* etiam *S.* & *A.* & in M. Codice. *M. du S.*

15. Κν. ὁ ἀρχιτ.] Nomen ex inſcriptione, quam mox exhibet, patebit. *M. du S.*

16. Ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον] De hac turri vid. *Scholium* 55. ad *Icaromen.* c. 12. & notam Cl. *Humphr. Prideaux* ad L. I. Partis poſterioris hiſtoriae ſuae, qua vetus teſtamentum cum novo connectit. p. Ed. in 8o. 9. *M. du S.*

20. Παραιτονίαν] *Plut.* Anton. 814. B. & *Ovid.* am. II. El. XIII. 7. *Paraetonium* vocant. *Strabo* etiam non ſemel & *Polyaenus* Strat. II. p. 145. C. Sed mutare hic non auſim; & omnino ſic editum a Luciano ipſo, ut vulgo nunc legitur, exiſtimem. *M. du S.*

21. Ἄφυκτον] Sic ſexcentis in locis apud hunc ſcribitur, ut in *Dial. Apoll.* & *Merc.* ſeu Θ. Δ. XVII. ἄπυλα δὲ σωμὰς ὁ ἀφύκτῳ ἰχθύμενος ἑαυτὸν, ἐκτὸς. Sic in Μωμ. c. 3. B. in Γυμν. c. 2. & 29. In Ποσειδ. etiam c. 2. &c. & auctoribus Mſſ. A. B. & M. in Ἕρμ. c. 79. Ut nullum dubium ſit, debere etiam hic ſcribi ἄφυλον, non ut in omnibus, ἄφυκτον. M. tamen Codex, qui in Ἕρμ. etiam habet ἄφυλα, hic mendoſe cum caeteris ἄφυκτον habet. *M. du S.*

Ἄφυλον] Ἄφυλον verum eſſe, vid. var. lectt. ad *Ver. Hiſt.* I. c. 39. & ſupra, *Deor. Dial.* XVII. *F. F. R.*

22. Οἰκοδομήσας ὧν] Illud ὧν epanalepſi inſervire, vid. ſupra ad *Zeux.* c. 1. *F. F. R.*

24. Αὐτοῦ] Etſi veteres Edd. αὐτοῦ ſpiritu leni hic quoque ſcribunt, & ſupra aliquanto lenior viſus ſum in tolerando αὐτὸν pro αὐτὸν, hic tamen ad perſpicuitatem ſenſus nimium intereſt, qui omnino reciprocum poſtulat, ſuum enim, non regis nomen intro ſcripſerat architectus. *F. F. R.*

Ibid. Ἐπιχρίσας] Unde haec habuerit *Luc.* incertum: *Strabo* enim & *Plin.* factam ei a Rege inſcribendi proprii nominis poteſtatem, diſertis verbis teſtantur; hic XXXVI. 12. ille XVII. p. 791. D. Vide ſi lubet, *Iſ. Voſſ.* ad Pomp. Melam II. 7. & *Luciani Schol.* ad *Icarom.* No. 48. *M. du S.*

30. Θεοῖς σωτ.] *Ptolemaeum* & *Berenicen* intelligunt viri doct: bene multi. Conſule *Spanh.* 415. Eandem inſcriptionem habet *Strabo* l. c. *M. du S.*

33. Ἀλλ' εἰς τὸν, καὶ τὸν ἐκ τοῦ ἀεὶ] Ἀλλ' εἰς τὸν, καὶ τὸν ἔπειτα, κ. τ. ἀ. *Th. M.*

41. Κεκύλισται ὁ λίθος ἐν πρωΐῃ.] Κεκύλισται ὁ λίθος. Refert ad dolium Diogenis. *Th. M.*

42. Πίθος] Sic omnino legendum cum M. & editio-

etiam contigit, parvo admodum interjecto tempore futurum, ut cum tectorio excideret literae, in conſpectum vero prodiret *Soſtratus Dexiphanis Cnidius, Diis ſervatoribus pro his qui fluctu jactantur.* Ita neque ille ad tempus quod tum erat, neque ad ſuam vitam, brevem illam oppido, reſpexit, ſed in hoc quod nunc eſt quodque futurum omni aevo, quam diu turris ſteterit, ipſiusque manſerit artificium.

63. Oportet igitur hiſtoriam quoque eo modo ſcribi cum veri ſtudio potius ad ſpem futuram, quam cum adulatione, ad ſuavitatem ex praeſenti laude capiendam. Illa tibi regula & perpendiculum verae hiſtoriae, quo ſi qui dirigi ſe patiantur, bene habuerit, & recte nobis proceſſerit ſcriptio: ſin minus, at dolium volutum eſt in Craneo.

νομα τῶ τότε βασιλεύοντ☉, εἰδὼς ὅτ☉ χ᾽ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγω χρόνω συνεκπεσούμενα μὴ τῷ χρισμάτι τὰ γράμματα, ἐκφανησόμενον δὲ, ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ Κνίδιος, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τ̃ [k] πλωϊζομένων. ὕτως οὐδ᾽ ἐκεῖν☉ ἐς τ̃ τότε χαιρὸν, οὐδὲ τ̃ [l] αὐτῶ βίον τ̃ ὀλίγον ἐώρα· ἀλλ᾽ [m] εἰς τ̃ νῦν, καὶ τ̃ ἀεί, ἄχρις ἂν [n] ἑστήκη ὁ πύργος, καὶ μέχρι αὐτῶ ἡ τέχνη. Χρὴ τοίνυν καὶ τ̃ ἱστορίαν ὕτω γράφειν σὺν τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τ̃ μέλλουσαν ἐλπίδα, ἢ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις. ὗτός σοι κανὼν καὶ γνώμη ἱστορίας δικαίας. καὶ εἰ μὲν γνώμη ὀσονταί τινες αὐτῆ, ᾗ ἂν ἔχοι, καὶ εἰς δέον ἡμῖν γέγραπται. εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται [o] ἃ πίθ☉ ἐν [p] Κρανείῳ.

[k] Πλωϊζ.] Ita recte *F. Fl. S.* & *Ald.* Πλωΐζ. prima correpta aliae & W. [l] Αὐτῶ] Αὐτῷ Edd. [m] Εἰς τ̃ νῦν] Καὶ τ̃ ἑπομένω addit *Marc.* Sed nulla Ed. id habet. [n] Ἑστήκη] Sic *F. Ald. H. P.* & P. &c. Ἑστήκει *Fl.* [o] Ὁ πίθ☉] Sic recte M. *Fl.* Marg. *AlW. P. S. A.* Αἴθ☉ male *F. Ald. H. Bz.* & L. [p] Κρανείῳ] Sic fuerat in W. Sed mutatum in Κρανίῳ.

tionibus nonnullis. In L. & aliis λίθ☉, prave. Vid. ſupra c. 3. ad quam hiſtoriam alludit. *M. du S.*

42. Κρανίῳ] Lucianus praecepta hiſtorica claudens, ait ſe exhibuiſſe normam & amuſſim juſtae hiſtoriae, quam ſi qui obſervent, bene ſe rem habere, & alicui bono ſuum hoc fore ſcriptum; ſin minus, volutatum eſſe in Cranio dolium [εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ πίθ☉ ἐν κρανίῳ] Alludit Noſter ad id, quod ſupra c. 3. de Diogene ſatis lepide narraverat; nimirum eo tempore, quo Philippus Macedo diceretur Corinthum invaſurus, valde turbatos fuiſſe Corinthios, & ad opus ſe accinxiſſe; alios aliud paraſſe; hunc arma fabricatum eſſe; illum lapides attuliſſe; neminem denique fuiſſe otioſum. Quo viſo, Diogenem, quum nihil quod ageret, haberet, nec a quoquam ad aliquod adhiberetur, multo ſtudio volutaſſe ſurſum ac deorſum per Craniſum ſuum dolium, interrogatumque quid illa ageret, reſpondiſſe, ſe quoque, ne ſolus inter tot laborantes cerneretur otioſus, volutare ſuum dolium. Id ergo vult hoc in loco Lucianus, omnes hac tempeſtate, tantopere πολυφώνῳ, aliquid hiſtorici lucubrantur: ego vero, ne ſolus nihil dicar feciſſe, hiſtorici partes perſecutus ſum; ſi ad aliorum id fecero utilitatem, operae habiturus ſum pretium: ſin, cum Diogene aliquid ſaltem egero. Caeterum Cranium, in quo Diogenem degiſſe, ex hoc loco patet, fuiſſe gymnaſium ante Corinthum, ait *Diogenes Laërtius*; qui locum hunc non, ut hic Lucianus cum *Heſychio*, Κράνιον, ſed Κρανεῖον appellat. In Noſtri primo *Mortuor. dialogo* ſcribitur Κράνιον. *J. F.*

Κρανίῳ] Videas *Th. Marc.* quoque ſcribere κρανίου; ſed cur hoc improbem, vid. ſupra ad c. 3. *J. F. K.*

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

VERAE HISTORIAE LIBER PRIMUS.

ΩΣΠΕΡ τοῖς ἀθλητικοῖς καὶ περὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν ἠσκημένοις, ἃ δὴ εὐεξίας μόνον, οὐδὲ τῶν γυμνασίων φροντίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν καιρῷ γιγνομένης ἀνέσεως, μέρος γὰρ τῆς ἀσκήσεως τὸ μέγιστον αὐτῇ συναμβάνουσιν· οὕτω δὴ καὶ τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν ἡγοῦμαι προσήκειν μὴ τὴν πολλὴν τῆς σπουδαιοτέρας ἀναγνώσεως, ἃ ἀνεῖναί τε τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς τὰ ἔπειτα κάμαλον ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν.

Γένοιτο δ' ἂν ἐμμελὴς ἡ [b] ἀνάπαυσις αὐτοῖς, εἰ [c] τοῖς τοιούτοις τῶν ἀναγνωσμάτων ὁμιλοῖεν, ἃ μὴ μόνον ἐκ τοῦ ἀστείου τε καὶ χαρίεντος φιλὴν [d] παρέξει τινὶ [e] ψυχαγωγίαν, ἀλλά τινα καὶ θεωρίαν οὐκ ἄμου-

1 QUemadmodum athletis, & his qui circa corporis curam exercentur, non habitus modo boni, neque exercitationum cura eſt, ſed opportunae etiam remiſſionis, quippe quam partem exercitationis vel maximam arbitrentur: ita etiam his, qui ſtudium in literis poſuerunt, convenire arbitror, ut poſt multam ſeveriorem lectionem remittant cogitationem, & ad futuros labores alacriorem reddant.

2. Conveniens autem illis requies contingat, ſi in iis legendis verſentur, quae non nudam modo ex urbanitate & venuſtate delectationem praebeant, ſed cognitionem etiam non ineruditam ſuppeditent, qua-

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤ.] Ἀληθῶν διηγημάτων *Schol.* & *Coll.* Vulgatum tit. ſervant *Fl. Ald. J. P.* &c. *a* Ἀνεῖναι] Ἀνιέναι C. Nihil vulgatam mutat *Fl. J. H. P. b* Ἀνάπαυσις] *Alii.* ἀνάγνωσις Coll. At nihil mut. Edd. vett. *c* Τοῖς τοιούτοις] Τῶν τοιούτων *Fl.* male. Vulgatam cett. Editionum firmat Cod. P. *d* Παρέξει] Ita bene *Ald. Fl. H. P.* Παρέξῃ *J.* male. *e* Ψυχαγ.] Ἠχαγ. *J.* male.

* ΑΛΗΘΙΝΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ. Inſcript. Scholiaſt.

9. Ἀνεῖναι] Γραι. ἀνιέναι. G.

11. Ἀνάγνωσις] Γραι. ἡ ἀνάπαυσις. G.

* Hic titulus in MS. cum in editis libris vocetur hoc opus ἀληθὴς ἱστορία. Recte eodem redit. *J. Cler.* (ſic etiam legitur in C.)

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ] Fabuloſarum narrationum ejusmodi antiquiorem hac eam fuiſſe *Photius* cenſet, quam *Antonius Diogenes* de Thule Inſula, lib. XXIV. ediderat. De quo libro ille Cod. CLXVI. p. Ed. Aug. 184. & ſeqq. Addit enim p. 189. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τὰ περὶ μεταμορφώσεων Λευκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τούτου. Sed cum putarit *Photius*, ut ex ſequentibus ejus verbis patet, Diogenem Antonium ſuum vixiſſe fere Alexandri Magni tempore; vaniſſimam hanc ejus conjecturam, ego quidem exiſtimo; Lucianoque fuiſſe recentiorem; cum hanc rem, ut novam prorſus, aggredi ſibi viſus ſit Noſter. *M. du S.*

1. Ἀθλητικοῖς] *Mos athletarum.* Praefatio in veras narrationes, in qua de corporis & animi cura agit, ac docet quibus modis utriusque labores ſint moderandi. De remiſſione ſtudiorum lege *Quintil.* L. I. c. 4. *Cic.* in Offic. *Senec.* de vit. tranquil. c. 15. & ult. *G. C.*

3. Εὐεξίας] Medicis εὐεξία eſt perfecta ſanitas; ſive, ut *Galenus* definit: τὸ ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης. Vid. *Foeſii* Oecon. Hippocr. Εὐεξίη vero athletica aliquanto plus ſignificat: eſt enim ea quidam exceſſus ſanitatis, id eſt corpus muſculoſum, toroſum pleniusque nutritum exhibens. De athletarum iſto *habitu* ac victu quo illum adquirebant atque conſervabant, vid. *Mercurial.* de Art. gymnaſt. *J. F. R.*

11. Ἐμμελὴς] Sic ſupra Συγγρ. c. 14. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχή. *M. du S.*

16. Τοῦδε τοῦ] De repetitione iſta articuli jam bis alibi monuimus. Sed conf. modo *Somn.* §. 15. τοῦ δὲ τοῦ δικαιοσύνης. Addo hic tantum *Long. Paſt.* II. p. 68. Ed. *Jungerm.* ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ. & p. 67. ἅρα μέμνησαι τοῦ παιδίου τοῦδε, καὶ τῶν Νυμφῶν τῶνδε; quod tamen inverſo ordine poſitum majorem demonſtrandi vim habet. Sed rurſus ut Noſter, idem *Longus* I. p. 3. ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ. Et ibid. μικρὸν ὕστερον τοῦ πόλεως τοῦ Μιτυλήνης. Atque alibi paſſim. *J. F. R.*

23. Τινας . . . σ—τας] In L. *Fl.* & *B2.* recte legitur τινας; in reliquis τινες, corrupte. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς τινας] Sic habere dixi *Fl.* & *B2.* ceteras

τιν

quale quid etiam de hiſce libellis ut ſentiant *lectores*, futurum exiſtimo. Neque enim ſola argumenti peregrinitas, neque quod in ipſo conſilio venuſtum eſt, ipſos alliciet, neque quod mendacia varia probabili & veriſimili oratione protulimus, ſed etiam quod eorum, quae narrantur, unumquodque non ſine comica quadam hilaritate reſpectum occultum habent ad quosdam veterum poëtarum, & hiſtoricorum & philoſophorum, qui portentoſa multa & fabuloſa conſcripſeruht, quos nominatim ſcripſiſſem, niſi futurum eſſet, ut tibi ipſi inter legendum appareant.

3. Scripſit Cteſias Cteſiochi F. Cnidius de Indorum regione, & his quae ibi ſunt, quae neque vidit ipſe, neque alio dicente audivit. Scripſit autem Iambulus etiam de magni maris rebus multa admirabilia, manifeſtum quidem omnibus mendacium fingens, non indelectabile tamen componens

σον διδάξεται, οἷόν τι καὶ περὶ τούτου τοῦ συγγραμμάτων φρονήσειν ὑπολαμβάνω. οὐ γὰρ μόνον τὸ ξένον τῆς ὑποθέσεως, οὐδὲ τὸ χαρίεν τῆς προαιρέσεως ἐπαγωγὸν ἔσται αὐτοῖς, οὐδ' ὅτι ψεύσματα ποικίλα, πιθανῶς τε καὶ ἐναλλὰξ ἐξενηνόχαμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ὑπορριμμένων ἕκαστον οὐκ ἀκωμῳδήτως πρὸς τινὰς ἥπται τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε, καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων, πολλὰ τερατεύσια καὶ μυθώδη συγγεγραφότας· ὃς καὶ ὀνόματι ἀνέγραφον, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ σοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως φαίνεσθαι ἔμελλε.

Κτησίας ὁ Κτησιόχου, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου παρ' ἑτέρου ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παρὰδόξα· γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. Cteſias, Cteſiochi filius, Cnidius oriundus, de regione Indorum, deque iis, quae apud illos ſunt, ea conſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque ex alio narrante intellexerat. Scripſit autem etiam Iambulus de rebus in mari magno, multa praeter omnium opinionem, fictio quidem mendacio, quod omnibus eſſet manifeſtum; non tamen injucundo compoſito argumento. Hic pro ὑπόντος ex Flor. Codice ἀληθεύοντος profert *Bourdelotius* pag. 641. idque vulgato rectius judicat. At Hercle, non puto, facile quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim orationis conſideret. *Cteſias*, ait, *Cnidius de Indorum regione & rebus ea ſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque alium dicentem audiverat.* Id vult Noſter, ea, quae de Indis ſcripſerit Cteſias, eſſe plane ficta; id vero probat eo, quod ipſe Cteſias eorum nihil neque vidiſſet, neque fando accepiſſet. Nam ſi ab aliquo, ſive vera, ſive falſa narranti, ea audiviſſet, non omnino potuiſſent illa dici ab Cteſia eſſe ficta. *J. J.*

3. Τινὰς] Sic *Fl. Bz.* & L. Τινὰ cett. omnes. g Εἰπόντος] Ἀληθεύοντος *Fl.* Vulgat. ſervant reliquae.

τινὰ. Quod tamen non de accentu quoque intelligendum; nam ſcribunt πρός τινα & πρὸς τινας. Ego vero ex Grammaticis praeceptis poſt praepoſitionem accentum encliticae reddo. Etſi Edd. Luciani ubique aliter habent. Atona autem particula ſequente accentum praepoſitionis inverto, ſcribens πρὸς τι. *J. F. R.*

28. Κτησίας] Liber iſte *Cteſiae* cum reliquis ejusdem periit. *Photius* tamen ex eo nonnulla excerpſit, ex quibus, ſi ex aliis neſciremus, vanum ac mendacem *Cteſiam* fuiſſe ſatis demonſtratur, qui fabulas meras pro viſis & auditis tradat. Vid. *Plut.* in Artax. *M. du S.*

30. Ἄλλου εἰπόντος] Longe rectius in Flor. Cod. quem ſequutus eſt Interpres ἄλλου ἀληθεύοντος. Probatur illius hiſtoria, vel qui rebus interfuit, vel qui e commentariis eorum qui adfuerunt hauſit: unde illud in hiſtorico fide dignum καὶ ἡμεῖς ἐθαυμάσθημεν, qua de re locus alius dicendi. *J. B.*

Ibid. Εἰπόντος] Lucianus proxime praecedenti libello, praeceptis datis, quae bono obſervanda ſint Hiſtorico, quo ſpecimen alicujus Hiſtoriae, haud dubie ſecundum leges a ſe latas conditae, ipſe exhibeat; hoc in libello ipſe narrat hiſtoriam. Veram quidem eam inſcribens, pro falſa & ficta tamen haberi cenſens. Ne autem ſine exemplo videatur narrare, quae nusquam ſcripta vel picta exſtent, Cteſiae & Jambuli exempla commemorans, Κτησίας ὁ Κτησιόχου, inquit, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτ' αὐτὸς εἶδε, μήτ' ἄλλου εἰπόντος ἤκουσε. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παρὰδόξα, γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. *Cteſias, Cteſiochi filius, Cnidius oriundus, de regione Indorum, deque iis, quae apud illos ſunt, ea conſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque ex alio narrante intellexerat. Scripſit autem etiam Jambulus de rebus in mari magno, multa praeter omnium opinionem, fictio quidem mendacio, quod omnibus eſſet manifeſtum; non tamen injucundo compoſito argumento.* Hic pro εἰπόντος ex Flor. Codice ἀληθεύοντος profert *Bourdelotius* pag. 641. idque vulgato rectius judicat. At Hercle, non puto, facile quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim orationis conſideret. *Cteſias*, ait, *Cnidius de Indorum regione & rebus ea ſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque alium dicentem audiverat.* Id vult Noſter, ea, quae de Indis ſcripſerit Cteſias, eſſe plane ficta; id vero probat eo, quod ipſe Cteſias eorum nihil neque vidiſſet, neque fando accepiſſet. Nam ſi ab aliquo, ſive vera, ſive falſa narranti, ea audiviſſet, non omnino potuiſſent illa dici ab Cteſia eſſe ficta. *J. J.*

31. Ἰαμβοῦλος] De mirificis hominum formis in India quaedam tradidiſſe, teſtis eſt Tzetzes Chil. VIII. h. 144. Quando ſcripſerit, ignoratur. Citatur etiam ab *Harpocratione* in Ἄβαρις. vid. *Voſſ.* L. III. Adde his Megaſthenem *Plut.* 1128. C. *M. du S.*

θεὶς τ ὑπόθεσιν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τὰ αὐτὰ τούτοις προελόμενοι, συνέγραψαν, ὡς δή τινας ἑαυτῶν πλάνας τε, καὶ ἀποδημίας, θηρίων τε μεγέθη ἱστοροῦντες, καὶ ἀνθρώπων ὠμότητας, καὶ βίων καινότητας. ἀρχηγὸς δὲ αὐτοῖς καὶ διδάσκαλος τ τοιαύτης βωμολοχίας, ὁ τ Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς, τοῖς περὶ τ Ἀλκίνοον διηγούμενος, ἀνέμων τε δυλείαν, καὶ μονοφθάλμους, καὶ ὠμοφάγους, καὶ ἀγρίους τινὰς ἀνθρώπους. ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῶα, καὶ τὰς ὑπὸ Φαρμάκων τ ἑταίρων μεταβολὰς, οἷα πολλὰ ἐκεῖνος πρὸς ἰδιώτας τοὺς Φαίακας ἐτερατεύσατο.

Τούτοις οὖν ἐντυχὼν ἅπασι τῷ ψεύσασθαί μοι, ὑ σφόδρα τοὺς ἄνδρας ἐμεμψάμην, ὁρῶν ἤδη σύνηθες ὂν τοῦτο καὶ τοῖς φιλοσοφεῖν ὑπιεχυμμένοις. ἐκεῖνο δ' αὐτῶν ἐθαύμασα, εἰ ἐνόμισαν λήσειν οὐκ ἀληθῆ συγγράφοντες. διόπερ καὶ αὐτὸς ὑπὸ [a] κενοδοξίας ἀπολιπεῖν τι σπουδάσας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἄμοιρος ὦ τ ἐν τῷ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον (οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον) ὅτι τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην, πολλῷ τ ἄλλων εὐγνωμονέστερον. καὶν ἓν γοῦν δὴ τοῦτο ἀληθεύων λέ-

argumentum. Multi verò alii etiam eodem inſtituto ſcripſere velut ſuos quosdam errores, & peregrinationes, ubi beſtiarum magnitudines enarrant, & hominum crudelitates, & novas victus rationes. Dux autem illis & magiſter ejus ſcurrilitatis, Homericus ille Ulyſſes, enarrans Alcinoo, ventorum ſervitia, & coclites, crudivorosque, & ſilveſtres quosdam homines; ad haec multorum capitum animalia, & verſos *in animalia* medicamentis quibusdam ſocios, quod genus multa ille ad imperitos Phaeaces prodigioſe enarravit.

4. In hos igitur cum incidiſſem, omnes, mendaciorum cauſſa non valde reprehendi homines, qui viderem, olim ſolenne hoc eſſe his etiam, qui philoſophiam promitterent: at illud miratus ſum, ſi putarunt, fieri poſſe ut lateat, ſe non vera ſcripſiſſe. Quare & ego, cum gloriolae quodam ſtudio impulſus ipſe quoque relinquere aliquid vellem poſteris, ne ſolus expers eſſem illius fingendi libertatis, quando veri nihil narrare poteram, cui nihil dignum dictu uſu venerit, ad mendacium converſus ſum multo aliorum mendaciis rationabilius: quandoquidem vel unum hoc certe verum di-

a Κενοδοξίας] *Vorſt.* & Ed. *S.* Καινοδοξίας cett.

50. Ὁρῶν ἤδη] * Ταῦτα εἰς Πλάτωνα ἀποτείνεται πολλαχοῦ μὲ ἓ ἀλλαχοῦ μυθολογοῦντα, μάλιστα δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ τ πολιτείας, τὰ περὶ τ ἐν ᾅδου διεξιόντα. *V.*

* Ταῦτα] Τάχα erat editum; ſed ex C. correxit *M. du S.* mox μὲν inſerui ac δὴ, item δεκάτῳ, quae omnia aberant ab Edit. *Clerici.*

35. Τὰ αὐτὰ τούτοις] *Eadem atque illi.* Sic mox §. 5. τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας. Et *de Salt.* §. 2. ac ſexcenties alibi. *Plutarch.* de virt. mulier. pr. Οὐ τὴν αὐτὴν τῷ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν. *Ariſtot.* Hiſt. animal. I. pr. Τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις, *eadem inter ſe.* Et de *generat. animal.* III. 5. οὐχ ὁμοιοτρόπως ἔχει αὐτοῖς. Quem Graeciſmum & Latini amant, dicentes, *idem facit illi*, pro idem quod ille. Vid. *Cort.* ad Salluſt. Catil. 20. 3. exemplorum ſatis adducentem. Non monerem, niſi viderem plerosque hodie ſcribere minus probate, *idem eſt cum illo.* Etſi paullo alio ſenſu non barbarum pronuntio: *eadem vobiſcum agam*; nec ſatis credo adfirmanti Cortio, *Salluſtium* l. c. eumdem Graeciſmum adhibuiſſe, cum ſcribit: *ſimul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi*; quia dativus *mihi* ſimplicius refertur ad *mala*, quàm ad *eadem*, ut ſenſus ſit, quae *mala mihi*, i. e. pro me. *J. F. R.*

41. Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς] Ulyſſes in patriam redituru, gravi exorta tempeſtate, primum in Ciconum littus appulſus eſt. Atque inde rurſus ſolvens, ſimili tempeſtate ejectus in Aphricam ad Lothophagorum gentem pervenit: inde in Siciliam delatus eſt, ubi Cyclopi oculum eruit praeuſto ſtipite. Hinc in Æoliam navigans, ab Æolo ventos coactos in utrem obtinuit. Poſtea ad Læſtrygonas, tum ad Circen pervenit, poſt haec in inſulam Syrenum delatus eſt. Inde Scyllam tranſiens & Charybdim, in Siciliam pervenit, tandem in Phaecenſium portum adnatavit. *G. C.*

47. Ἰδ. τ. Φαίακας] *Vacui capitis populum Phaeaca* dicit *Juv.* (XV. 23.) *A. V.*

Ibid.

dico, me mentiri. Ita autem mihi videor etiam crimen circa reliqua effugere, qui ipse veri nihil me dicere fatear. Scribo igitur, de quibus neque vidi, neque expertus sum, neque audivi ab aliis; adhaec, quae neque sunt, neque fieri omnino possunt. Nullo modo igitur fidem adhibere illis par est, si qui lectores mihi contigerint.

60 γω, ὅτι ψεύδομαι, ἔτω δ' ἄν μοι δοκῶ καὶ τ' ἄλλα τὰ πρὸς τ' ἄλλων κατηγορίαν ἐκφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. γράφω τοίνυν περὶ ὧν μητ' εἶδον, μητ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην· ἔτι δὲ μηδὲ 65 ὅλως ὄντων, μηδὲ τ' ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων. διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς.

3. Jam solvens aliquando de columnis Herculis, & in Occidentalem Oceanum delatus, secundo vento navigabam. Caussa mihi peregrinationis & institutum mentis quaedam inanis sedulitas, novarumque rerum cupido, & quod discere vellem, quis finis esset Oceani, quique in diverso illius litore habitarent homines. Hujus igitur rei caussa, magnam vim ciborum, & aquae quod satis esset imposueram. Porro aequalium quinquaginta mihi adjunxeram, qui consilium idem haberent: adhaec armorum magnam vim paraveram, gubernatoremque optimum magna mercede inductum adsciveram: ac navim, erat autem acatium, ut ad magnam violentamque navigationem, firmaveram.

Ὁρμηθεὶς γὰρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ ἀφεὶς ἐς τ' ἑσπέριον Ὠκεανὸν, ἐρίῳ 70 ἀνέμῳ τ' πλεῖν ἐποιούμην. αἰτία δέ μοι τ' ἀποδημίας, καὶ ὑποθέσις, ἡ τ' διανοίας περιεργία, καὶ πραγμάτων καινῶν ἐπιθυμία, καὶ τὸ βούλεσθαι μαθεῖν ὅ, τι τὸ τέλος ἐστὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τίνες οἱ πέραν καλοῦ- 75 μενοι ἄνθρωποι. ταῦτα γέ τοι ἕνεκα, πάμπολλα σιτία ἐνεβαλόμην, ἱκανὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἐνεθέμην, πεντήκοντα δὲ τ' ἡλικιωτῶν προσεποιησάμην, τ' αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἐχόντας· ἔτι δὲ καὶ ὅπλων πολύ τι πλῆθος παρε- 80 σκευασάμην, καὶ κυβερνήτην τ' ἄριστον μισθῷ μεγάλῳ πεισας, παρέλαβον, καὶ τ' ναῦν, (ᵇ ἄκατος δὲ ἦν) ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην.

Ἡμέ-

ᵇ Ἄκατος] Ἀκάτας *Fl.* Nil mut. *J. H. P.* & P.

Ibid Τοὺς Φαίακας] Alcinoo Corcyrae regi, & ejus populis Phaeacibus. Ulysses Laestrygonas Cyclopas & alia monstra a se conficta narrabat, & iis omnia vera esse persuadebat: unde *Juvenal.*

Tam vacui capitis populum Phaeaca putavit. G.C.

53. Κυνοδεξίας] Emend. *Vorstii* & Ed. *S.* in reliquis enim κυνοδοξίας legitur. *M. du S.*

57. Ἐπικόθειν] Utinam potius nobis reliquisset Lucianus historiam aut suorum temporum, aut certe suam. *M. V. la Croze.*

Ἐπικόθειν] Et *facere* & *pati* simul comprehendit hoc verbum. Vid. *Herodian.* I. 17. 22. Adde Nostrum T. I. *Prometh.* fin. p. 36. ubi τί ἂν πάθοιμι; *quid faciam?* vertit *Hemsterh.* cetera ad *Gatakerum* remittens. *J. F. R.*

62. Γράφω] Vid. *Reines.* ep. 25. ad *Casp. Hoffmannum* p. 99. v. *Arabonem* L. XI. de Massagetis p. m. 487. *M. V. la Croze.*

64. Μὴ δ' ὅλως ὄντων] Simile fere quod apud *Plut.* de Homeri cum Hesiodo certamine traditur 267. A.

Μοῦνά μοι ἔστιν ἐπίστα τὰ μή τ' ἐγένοντο πάροιθεν
Μήτ' ἔσαι μετόπισθε.

M. du S.

65. Τὴν ἀρχὴν] *Ab initio* versum est tam in *Paris.* quam in *Benedict.* Recte *Gesnerus*, *omnino*: ac tam saepe in hac locutione male vertenda olim erratum, ut jure *scopulum interpretum* eam vocet *Hemsterh.* ad *Nigr.* §. 26. p. 66. a. Monuere id quoque alii, *Jensius*, *Elsnerus* &c. Sed posterior hoc quoque recte addit, (ad *Euang. Joan.* VIII. 25.) ab recentioribus vicissim saepe peccari, quasi semper *omnino* significet; cum tamen & interdum sit vertendum, *a principio*, ut suo loco indicabo. *J. F. R.*

69. Ὠρίῳ] Non contemnenda *Aldina* lectio ὑρῷ, quam cur deseruerint, qui sequi alias presso pede solent, non video. Certe Euro opus esse de Herculeo freto Oceanum intrantibus, constat. Sequitur mox ἐρίῳ ἀνέμῳ, unde huc adsumtum videri potest. *J. M. G.*

Ὠρίῳ] *Aldina* prima hoc aeque habet ac reliquae. Hinc ὑρῷ quod Cl. *Gesn.* ait *Aldinam* esse lectionem, forsan erit ex *Ald.* 2. Quod reciperem, si & prima haberet. Sed potest recipi altero loco, ubi duo Codd. ὑρῷ habent. Non tamen movi vulgatam, quia non magni interest. *J. F. R.*

82. Ἄκατος] Praedonum etiam esse Acatia sive Acatos, *Scheffernus* e Strabone docebit volentes. *J. M. G.*

Ἡμέραν μὲν οὖν καὶ νύκτα [a] ἐπὶ οὐρίῳ ἀνέμῳ πλέοντες, ἔτι τῆς γῆς ὑποφαινομένης, ἐσφόδρα [b] βιαίως ἀνηγόμεθα· τῇ ὑστεραίᾳ δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνιόντι, ὅ, τε ἄνεμος ἐπεδίδου, καὶ τὸ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος [d] ἐπεγίγνετο, καὶ οὐκ ἔτ' οὐδὲ στεῖλαι πλὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν. ὑπερφέροντες οὖν τῷ πνεύματι, καὶ πλανώντες [e] αὐτούς, ἐχειμαζόμεθα ἡμέρας ἐννέα, καὶ ἑβδομήκοντα, τῇ ὀγδοηκοστῇ δὲ, ἅμα ἐκλάμψαντος ἡλίου, [f] καθορῶμεν ὑπὸ πόρρω νῆσον ὑψηλὴν, καὶ δασεῖαν, ὑπὸ τραχεῖ περικλυζομένην τῷ [g] κύματι· καὶ γὰρ ἤδη τὸ πολὺ τῆς ζάλης καλεπαύετο. προσχόντες οὖν, καὶ ἀποβάντες, ὡς ἂν ἐκ μακρᾶς ταλαιπωρίας πολὺν μὲν ὅτι τῆς γῆς χρόνον ἐκείμεθα. ἀναστάντες δὲ ὅμως, ἀπεκρίναμεν ἡμῶν [h] αὐτῶν τριάκοντα μὲν φύλακας τοῦ νεὼς καθεσθῆναι, εἴκοσι δὲ σὺν ἐμοὶ [i] ἀνελθεῖν ὅπως καλασκοπῇ τὰ ἐν τῇ νήσῳ.

Προελθόντες δὲ ὅσον σταδίους τρεῖς ἀπὸ τῆς θαλάττης διὰ ὕλης, ὁρῶμέν τινα στήλην

6. Igitur diem quidem unum ac noctem secundo vento navigantes, adhuc apparente aliquantum tellure, non admodum violenter provecti sumus. Ast postridie ejus diei, cum sole oriente, & ventus increbuit, & fluctus auctus est, & caligo ingruit, & neque velum jam contrahi potuit. Vento igitur cum concessissemus, nosque tradidissemus, tempestate undeoctoginta dies jactati sumus: octogesimo vero subito cum sol illuxisset, videmus non procul insulam eminentem atque silvestrem, non aspero fluctu circumsonantem. Etenim major tempestatis pars resederat. Appulsi igitur & egressi, ut a longa aerumna, longo quidem tempore humi jacuimus. Sed surgentes tamen, delegimus e nobis ipsis triginta, qui custodes navis manerent, viginti autem, qui mecum interiora, ad explorandum insulae statum, peterent.

7. Progressi vero per silvam stadia circiter a mari tria, videmus columnam ex aere fi-

a Οὐρίῳ] Sic *Fl. J. H. Ald.* P. Εὔρῳ P. & L. b Βιαίως] Βιαίῳ *J.* male. c Ἐπεδίδου] Sic recte Edd. praeter *J.* quae ἐπιγίνετο. d Ἐπεγίγνετο] Ἐπιγένετο Mſ. Gr. Ἐπεγίγνετο Edd. male. e Αὐτούς] Αὐτοὺς Edd. f Καθορῶμεν] Hinc usque ad διασεῖαν nihil a vulg. abire Coll. *H.* & *Fl.* notat *M. du S.* g Κύματι] *Conſt.* in Lex. πνεύματι, male. Nihil mutant Edd. h Αὐτῶν] Sic legere omnes Edd. notat *M. du S.* i Ἀνελθεῖν] Ex Cod. P. Ἐπανελθεῖν Edd. omnes.

93. Καθορῶμεν . . νῆσον] Τὰ μὲν πρὸς ἑαυτὸν ἐ ἐνηρεμοῦμεν τίνοντο αὖτε ἐγρηγορόσιν ἐνόμιζε, εἶνε ἐ καθεύδοντον ἐνόπτια, πάντ' μεταφέρει ἐ σταλικοὶ καταφθέγματα, τοῦτοι δὲ τὰναντία (leg. τὰ τοῦ τί) καλέσομεν, λοιπὸν, πάντα λὰ ἐ μακρᾶς ἐπιχθόνια ταλαιπωρίαν ἢ ψυχῆς ἕνεκα; ἀ λοιπὸν δίκαιον καλεῖν αὐτὰ νῦν πεποθημένα. *G.*

83. Οὐρίῳ] P. L. εὔρῳ, quod eodem redit, adeoque vulgatam servavimus. *M. du S.*

86. Ἐπεδίδου] Vis verbi ex opposito ἐνδιδόναι magis elucet; vid. utrumque paucis expositum supra T. I. *Hermot.* c. 24. *J. F. R.*

88. Ἐπεγίνετο] In verae historiae libro primo leve est mendum, quod ex Mſ. tolles, καὶ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος ἐπεγίνετο. & *fluctus intumuit*, & *caligo orta est*. vulgo *invigilat*. *J. G. G.*

Ἐπεγίνετο] Secuti sumus Mſ. Gr. cum leviuscula, ut vides, mutatione. Ed. *Junt.* cum aliis hic errat; sed supra pro ἐπεδίδου, ἐπεγίνετο habet. *M. du S.*

Ἐπεγίνετο] Tempus imperf. ex Edd. saltem servavi. *J. F. R.*

90. Αὐτούς] Facile obsequor *Solano*, qui spiritum Editionum lenem correxit, ac deinceps minus solliciti, ubi necessitas exiget, idem faciam: nam quia scribae pro arbitrio in his egere, cum antiquissimi codices spiritus & accentus ignorent, dehinc regulas Grammaticas observabimus, parum curantes quid scribae sibi indulserint in his minutiis. Conf. tamen supra a me dicta ad c. 33. *Quom. conscr. hist.* & mox c. 15. Ceterum αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς hic valet pro ἡμᾶς, vel ἡμᾶς αὐτοὺς. Exemplum unum dedit Cl. *L. Bos*, etsi aliud agens, ad Act. Apost. XXVIII. 16. ex I. Reg. XXVI. 11. ἀπέλθωμεν ἡμεῖς καθ' ἑαυτούς. Reliqua enim, quae ibid. adfert ad demonstrandum, καθ' ἑαυτὸν significare *per se*, *separatim*, *seorsum*, huc non pertinent, quia tertiae personae verbi junguntur; in hoc autem primae etiam aeque ac in Luciano adjunctum est. Adde T. I. Catapl. §. 9. vers. 12. καὶ μοῦνος ἑαυτῷ παραμύθιος ἀναστάς, ἐπιγράψω. ubi ἑαυτῷ

etiam

fatam Graecis inſcriptam literis, obſcuris autem & exeſis, in hanc ſententiam: *Huc usque Hercules & Bacchus pervenere.* Erant autem veſtigia duo prope in petra, alterum jugeri magnitudine, alterum vero minus. Ut mihi videbatur, Bacchi erat minus illud, alterum vero Herculis. Adoratis igitur *Diis*, progredimur. Nondum autem multum progreſſi eramus, cum adſtamus fluvio, qui ſimillimus omnino eſſet vinum fluenti, maxime quale Chium eſt. Flumen erat copioſum & multum, ut quibusdam locis etiam poſſet navigari. Subiit ergo tanto magis credere inſcriptioni columnae, cum ſigna praeſentiae Bacchi videremus. Cum autem mihi placeret diſcere, unde oriretur fluvius, adverſo itinere juxta profluentem perrexi. Ac fontem quidem illius nullum reperi, ſed multas & magnas vites, uvarum plenas. Ad radicem vero uniuscujusque guttatim fluebat vinum liquidum, unde colligebatur fluvius. Erat autem piſces quoque in eo videre multos,

χαλκῆ πεποιημένην, Ἑλληνικοῖς γράμμασι παλαιογεγραμμένην, ἀμυδροῖς δὲ, καὶ ἐκτεθριμμένοις, λέγουσαν· Ἄχρι τούτων [k] Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο. ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ὅπου πέτρας, τὸ μὲν, πλεθριαῖον, τὸ δ' ἔλαττον, ἐμοὶ δοκεῖν· τὸ μὲν, τοῦ Διονύσου τὸ μικρότερον, θάτερον δὲ, Ἡρακλέους. προσκυνήσαντες οὖν, [l] προήειμεν. ὅπῃ δὲ πολὺ [m] παρήειμεν, καὶ ἐφιστάμεθα πολλαχοῦ οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ μάλιστα οἵῳ ὁ Χιός ἐστιν. ἄφθονον δὲ ἦν τὸ ῥεῦμα, καὶ πολὺ, ὥστε ἐναχθῆ καὶ ναυσίπορον εἶναι δύνασθαι. ἐπεὶ οὖν ἡμῖν πολὺ μᾶλλον πιστεύειν τῷ ὅτι ἡ στήλη ἐπιγράμμασι, ὁρῶσι τὰ σημεῖα τοῦ Διονύσου ἐπιδημίας. δόξαν δέ μοι καὶ ὅθεν ἄρχεται ὁ πολαμὸς καταμαθεῖν, ἀπῆμεν ἄνω κατὰ τὸ ῥεῦμα· καὶ πηγὴν μὲν οὐδεμίαν εὗρον αὐτοῦ, πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας ἀμπέλους, πλήρεις βοτρύων, κάτω δὲ τὴν ῥίζαν ἑκάστης, ἀνέρρει σταγὼν οἴνου ἀφαυγοῦς, ἀφ' ὧν ἐγίνετο ὁ πολαμός. ἦν δὲ καὶ ἰχθῦς ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἰδεῖν, οἵῳ μάλιστα καὶ τὴν χροιὰν

k Ἡρακλῆς] Ἡρακλεῖς *J.* sola male. l Προήειμεν] Sic recte Edd. & P. Προῆμεν male *Fl.* m Παρήειμεν] Παρῆμεν *Fl.*

etiam pro ἑαυτῷ, licet *Salmas.* id mutatum velit. Idem erat in nonnullis Edd. in *de Merc. cond.* §. 30. verſ. 10. Sed quia aliae Edd. & Codd. ibi habebant ἑαυτὸν, hoc recepimus. Licet enim & ibi tolerabile dixeris ἑαυτὸν, tamen non ſemper eodem redit; quum ἑαυτὸν interdum ambigui vitandi gratia praeferendum ſit, ut vid. ad *Herodoti ſive Aëtionis* c. ult. p. 839. T. I. *Lucian.* *J.F.R.*

99. Αὐτῶν] Legendum videtur αὐτῇ, *ibi*, niſi prorſus malis obliterari. *M.du S.*

2. Ἀνελθεῖν] Sic P. rectius quam ἐπανελθεῖν, quod in omnibus impreſſis reperio. *M.du S.*

6. Καλοῦ] Genitivus materiae, ut Grammatici ajunt, ut mox 2. *Ver. Hiſt.* c. 33. κεράμου πεποιημένη. Sic *Long. Paſt.* III. 109. Πῆραν ἐλάφου. *Peram e pelle cervina.* *Theocr.* Eidyl. 25. (al. 26.) verſ. 206. βάλλον ἐκ ῥιφθείσας αἰετείου. Sed haec nimis nota. Conf. tamen fratris *G. G. Reitzii* Belg. Graec. p. 322. Vere autem eſt ellipſis praepoſit. ἀπὸ, quam Noſter alibi addit, ut in *Asino*, c. 53. κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης ἐπὶ δυσὶ πεποιημένη. Vel potius ellipſ. τῷ ὄν. Vid. *Jenſ. Lect. Luc.* p. 344. *J.F.R.*

15. Οἴνου ῥέοντι] Similia apud *Euſtath.* in Amorib. *J.B.*

Οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ] Habent omnes, corrupte, haud dubie, neque enim ad fluvium, ſed ad vinum referri debet. Lege itaque aut οἴνῳ, quae ſolita eſt hujus verbi conſtructio, ut *Gymn.* c. 25. aut ὁμοιότατον. At ne tum quidem ſublata eſt omnis difficultas. Mihi ultra quam dixi, non liquet. *Cteſiam* autem hic ridet, qui plures hujusmodi fontes in Indicis, teſte Photio, excerptore memorat. Neque ſolus *Cteſias*, cum apud *Strabonem* Calanus ipſe fontes olim lacte, vino & melle fluxiſſe dicat in Oniſicriti hiſtoria XV. p. m. 489. A. *M.du S.*

Οἴνου ῥέοντι] Infra *Gymn.* c. 25. ἰδρῶτί τι ὑγρῷ παλαῷ ῥέοντι, & alibi cum dativo ap. Noſtrum aliosque, ut *Homer.* Odyſſ. Ε. 70. Κρῆναι — ῥέον ὕδατι λάϊνῳ. quod notius quam ut pluribus adſtruatur. Verum quia & accuſativo jungitur ῥέω, diceres vulgatam οἴνου ῥέοντα ſervandam fuiſſe; nam ſic *Euripid.* Hecub. verſ. 527. — ὡς χειρὶ λαιᾷ δίπτας

Πάγχρυσον, ἅρμα χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως

Χαῖς θανόντι πατρὶ ———— Sed neque ſic cohaereret cum ſequentibus; quare vitioſam ſcripturam reliqui, ut pro arbitrio corrigi queat. *J.F.R.*

20. Δόξαν δέ μοι] Conf. mox infra hujus narrationis c. 11. *J.F.R.*

χροιὰν καὶ τὴν γεῦσιν προσεοικότας. ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν τινὰς, καὶ ἐμφαγόντες, ἐμεθύσθημεν ἀμέλει, καὶ ἀνατεμόντες αὐτοὺς, εὑρίσκομεν τρυγὸς μεστούς. ὕστερον μέντοι ἐπινοήσαντες τοὺς ἄλλους ἰχθῦς, τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς ἐμιγνῦντες, ἐκεράννυμεν τὸ σφοδρὸν τῆς οἰνοφαγίας.

Τότε δὲ τὸν πολαμὸν περάσαντες, ἦ διαβατὸς ἦν, εὕρομεν ἀμπέλων χρῆμα τερατῶδες· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ τέλεχος αὐτὸς εὐερνὴς καὶ παχύς· τὸ δ' ἄνω, γυναῖκες ἦσαν, ὅσον ἐκ τῶν λαγόνων, ἅπαντ' ἔχουσαι τέλεια. τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσιν ἄρτι τοῦ Ἀπόλλωνος καλαλαμβάνοντος, ἀποδενδρουμένην. ἀπὸ δὲ τῶν δακτύλων ἄκρων ἐξεφύοντο αὐταῖς οἱ κλάδοι, καὶ μεσταὶ ἦσαν βοτρύων. καὶ μὴν καὶ τὰς κεφαλὰς ἐκόμων ἕλιξί τε, καὶ φύλλοις, καὶ βότρυσι. προσελθόντας δὲ ἡμᾶς ἠσπάζοντο καὶ ἐδέξιοῦντο, αἱ μὲν [a] Λύδιον, αἱ δὲ Ἰνδικὴν, αἱ πλεῖσται δὲ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν προϊέμεναι. καὶ ἐφίλουν δὲ ἡμᾶς τοῖς στόμασιν· ὁ δὲ φιληθεὶς, αὐτίκα ἐμέθυε, καὶ παραφορὰν ἦν. δρέπεσθαι μέντοι οὐ παρεῖχον τῶν καρπῶν, ἀλλὰ ἤλγουν, καὶ ἐβόων, ἀποσπωμένων· αἱ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν. καὶ δύο τινὲς τῶν ἑταίρων πλησιάσαντες αὐταῖς,

vino, quantum ad colorem & guſtum, ſimiles. Nos enim captos eorum aliquot cum devoraſſemus, inebriati ſumus: quin & reſectos invenimus faece ac vinaceis plenos. Deinde vero illud commenti ſumus, ut aliis de aqua piſcibus admiſtis temperaremus, quod in vinoſo cibo nimium erat.

8. Tum trajecto flumine, ubi vadoſum eſt, prodigioſum vitium genus invenimus. Quod enim terrae continens eſt, truncus ipſe viridis & craſſus: ſuperius autem mulieres erant, ab ilibus inde membra omnia perfecta habentes: talem apud nos Daphnen pingunt, Apolline jam jam comprehendente in arborem mutatam. Summis autem digitis enaſcebantur illis palmites pleni uvarum. Verum capita etiam pro coma claviculas habebant, & folia & uvas. Caeterum accedentes nos ſalutabant & prenſabant, vocem partim Lydiam, partim Indicam, Graecam vero pleraeque emittentes. Sed nos etiam oſculabantur: at is quem oſculo contigiſſent, inebriatus ſtatim incerto veſtigio oberrabat. Vindemiare tamen de fructu ſuo non praebebant, ſed praedolore exclamabant eo detracto. Quaedam etiam miſceri nobis cupiebant: ac duo quidam

a Λύδιον] Nihil a vulgata abire *J. Fl. H.* & *B2.* notat *M. du S.*

53. Καὶ δύο τινὲς] Εἰς Ὅμηρον ὑποπαίζει ἅμα τοὺς λωτοφάγους Ὀδυσσέως ἑταίρους * ταῦτα μεθερμηνεύων. *V.*

* Ταῦτα] Ita correxit idem ex eodem fonte, τοῦτο enim vulgatum erat, additque conferendum *Homer.* Od. I. 94.

40. Τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσι] Interpretes *talem apud nos Daphnen deſcribunt.* Immo non magis Daphnen, quam Phaëthontiadas, quam Myrrham, aliasque in idem immutatas: neque hic quidquam deſcriptiones poëtarum aut fabulantium. Verti debuit, *talem apud nos depingunt Daphnen*, &c. *J. G.*

58. Ὅσον ἐδύνατο] Sic *Herodian.* I. 13. 6. ἡμῶν δὲ (αἴτιον) ἰσόμοιρον ὅσον ἐδύνατο. Confer, ſi lubet, T. I. *de Merced. Cond.* c. 31. f. ubi eadem phraſis occurrens obiter explicatur. Sic ὅσον ἔπω *Bergl.* ad Alciphr. I. 10. *J. F. R.*

63. Συμπλακῶν καὶ] Haec deſunt in Cod. Florent. *J. B.*

65. Οὐσταμβοῦσι] Minus etiam quam in aliis adſequemur in hiſce libris Luciani ſuavitatem: quod mollis & in partes omnes ſequax lingua liberrimam illi fingendi voces poteſtatem tribuit, quam Romana refugit modeſtia. Quis enim ferat nos, ſi hic preſſe ſecuti verba Graeca poneremus, *aquati ſimul & ex fluvio vinati?* Atqui a *ligno lignari* eſt, quidni *vinari* a *vino?* Nempe Grajis praeter ingenium etiam dedit ore rotundo Muſa loqui: nos Muſas colimus ſeverioreſ.

dam ſociorum congreſſi illis, diſſolvi non amplius potuere devincti genitalibus. Coaluerunt nempe illis, & ipſis radicibus permiſti ſunt: jamque palmites qui modo digiti fuerant, & claviculis implexi, jamjam fructum & ipſi laturi videbantur.

55 οὐκ ἔτ' ἀπελύοντο, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰδοίων ἐδέδεντο· συνεφύοντο γὰρ, καὶ συνερρίζωντο. ἦν ἤδη αὐτοῖς κλάδοι ἦσαν οἱ δάκτυλοι, καὶ ταῖς ἕλιξι περιπλεκόμενοι, ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον.

9. Nos autem relictis illis ad navim fugere, & his qui remanſerant, narrare tum reliqua, tum illam ſociorum complexionem & commiſtionem cum vitibus. Tum ſumtis aliquot amphoris aquati cum eſſemus, vinumque petiiſſemus de fluvio, atque in ipſa illa vicinia pernoctaſſemus; mane vento non nimis vehementi ſolvimus. Circa meridiem, cum jam diſparuiſſet inſula, ſubito ingruens turbo circumactam vertigine navim ad tria millia ſtadiorum ſuſtulit, nec demiſit iterum in mare, ſed ſupra in aëre ſuſpenſam ventus in vela irruens, eque ſinuans, abſtulit.

60 Καλαλιπόντες δ' αὐτοὺς, ὅπι ναῦν ἐφεύγομεν, καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι διηγούμεθα ἐλθόντες, τά τε ἄλλα, καὶ τὴν ἑταίρων τ' [b] συμπλοκὴν, καὶ τ' ἀμπελομιξίαν. καὶ λαβόντες ἀμφορέας τινὰς, καὶ ὑδρευτάμενοί τε ἅμα, καὶ ἐκ τῆς ποίμνης οἰνισάμενοι, καὶ αὐτῆ πλησίον αὐλισάμενοι, ἕωθεν ἀνήχθημεν ὑ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι. περὶ μεσημβρίαν δὲ, οὐκ ἔτι τ' νήσου φαινομένης, ἄφνω τυφὼν ἐπιγενόμενος, καὶ περιδινήσας τὴν ναῦν, καὶ μετεωρίσας, [c] οἷον ἐπὶ σταδίους τριακιλίους, οὐκ ἔτι καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξηρτημένην ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστίοις, ἔφερε κολπώσας τ' ὀθόνην.

10. Septem dies & noctes totidem per aëra vecti, octavo terram videmus magnam in aëre, inſulae inſtar, ſplendidam, globoſam, & multa luce illuſtratam. Delati ad illam atque appulſi exſcendimus, exploraraque regione habitari eam colique invenimus. Ac interdiu quidem nihil inde

Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας, καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες, ὀγδόῃ καθορῶμεν γῆν τινα μεγάλην ἐν τῷ ἀέρι, καθάπερ νῆσον λαμπρὰν, καὶ σφαιροειδῆ, καὶ φωτὶ μεγάλῳ καταλαμπομένην· προσενεχθέντες δ' αὐτῇ, καὶ ὁρμισάμενοι, ἀπέβημεν. ἐπισκοποῦντες δὲ τ' χώραν, εὑρίσκομεν οἰκουμένην τε, καὶ γεωργουμένην· ἡμέρας μὲν ὄν, οὐδὲν αὐτόθεν καθεω-

b Συμπλοκὴν] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. c Οἷον] Quidam ὅσον. *Bourd.* Οἷον *J. H. P. Ald. Fl. Fr. S.*

70. Στασ. τριακ.] Ἦσαν σταδίους τριακοσίους τριακιλίους. G. (Referebatur in *Coll.* G. ad vocem ἐπιφύσεσι, quam nullibi reperio. Nec quid ſibi voluerit, aſſequor. † *M. du S.*)

† Forſan Lucianum pro more deridens Scholiaſtes, ironice addit: *immo tercentues tria millia fuere*; ſive, *cur non potius tercenties plura, Luciane, fingis fuiſſe ſtadia? diſtantia enim Lunae ab terra longe major eſt, quam tu eam ponis.* Patet autem corrupta eſſe verba, neque credo Scholiaſten lunae diſtantiam ab terra tantam ſciviſſe, quanta hodie ab aſtronomis eſt detecta, quippe quae in apogaeo 60. ſemidiametrorum terrae ſtatuitur, id eſt milliar. 25800. Si toti terrae diametro 860. tribueris, quot *Stormius* in Scientia Coſmica p. 20. f. ponit. *J. F. R.*

res. Simili de cauſſa *Hippogypos*, *Hippomyrmeces*, & id genus compoſita, ſemel quidem in parentheſi interpretamur *equivultures*, & *equiformicas*: caeterum ut propriorum formam retineant, & illam peregrinitatis commendationem, Graecis ordinarie utimur. *J. M. G.*

70. Οἷον] Quidam legendum putant ὅσον. *J. B.* Οἷον] Non deſignat *Solan.* quinam Codices ὅσον habeant, alioqui deliberaſſem, anne praeſtaret id recipi. Ita enim ſolet Noſter ὅσον, non οἷον numeris addere, ut infra c. 30. ὅσον σταδίων χιλίων, ac tam ſaepe alibi, ut vix opus ſit plura addere, quod nec ex aliis proferri opus eſt, niſi ex ſolo *Long. Paſt.* L. 2. p. 70. Ed. *Jungerm.* ὅσον δέκα σταδίους, & L. 3. pr. σταδίους ὅσον ἑκατόν. *J. F. R.*

θεωρῶμεν· νυκτὸς δ' ὀπιγενομένης, ἐφαίνοντο ἡμῖν ἄλλαι νῆσοι πλησίον, αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ, μικρότεραι, πυρὶ τὴν χρόαν προσεοικυῖαι· καὶ ἄλλη δέ τις γῆ κάτω, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ καὶ πολλὰς ἔχουσα, καὶ πελάγη, καὶ ὕλας, καὶ ὄρη. ταύτην οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἰκάζομεν.

Δόξαν δὲ ἡμῖν καὶ ἔτι προῤῥωτέρω προελθεῖν, ξυνελήφθημεν τοῖς Ἱππογύποις παρ' αὐτοῖς καλουμένοις, ἀπαντήσαντες. οἱ δ' Ἱππόγυποι ἔστι, εἰσὶν ἄνδρες ὀπὶ γυπῶν μεγάλων ὀχούμενοι, καθάπερ ἵπποις τοῖς ὀρνέοις χρώμενοι· μεγάλοι γὰρ οἱ γῦπες, καὶ ὡς ὀπίπαν τριχέφαλοι. μάθοι δ' ἂν τις τὸ μέγεθος αὐτῶν ἐντεῦθεν· νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἴσον, ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι. τούτοις οὖν τοῖς Ἱππογύποις προστέταχται ξυμπεριπολοῦσι τὴν γῆν, εἴ τις εὑρεθείη ξένος, ἄγειν ὡς τὸν βασιλέα· καὶ δὴ καὶ ἡμᾶς ξυλλαβόντες, ἄγουσιν ὡς αὐτόν· ὁ δὲ θεασάμενος, καὶ ἀπὸ τῆς στολῆς εἰκάσας, Ἕλληνες ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς, ὦ ξένοι· συμφησάντων δὲ, πῶς ἂν ἀφίκεσθε, ἔφη, τοσοῦτον ἀέρα διελθόντες; καὶ ἡμεῖς τὸ πᾶν αὐτῷ διηγούμεθα· καὶ ὃς ἀκούσας τὸ καθ' ἑαυτὸν, ἡμῖν διεξῆλθεν, ὡς καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν, τέκνον Ἐνδυμίωνος, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γῆς καθεύδων, ἁρπασθείη ποτὲ, καὶ ἀφικόμενος, βασιλεύσειε τῆς χώρας. εἶναι δὲ τὴν γῆν ἐκείνην ἔλεγε, τὴν ἡμῖν κάτω φαινομένην Σελήνην. ἀλλὰ θαῤῥεῖν τε παρ-

videmus: superveniente vero nocte, aliae in conspectum nobis veniunt in propinquo insulae, majores, minores, colore igneo: alia autem infra terra, & urbes in se fluminaque habens, & maria, & silvas, & montes. Hanc igitur nostram esse conjecimus.

11. Cum vero placuisset nobis ultra progredi, comprehensi sumus ab his, qui Hippogypi (*Equivultures*) apud illos vocantur, in quos incideramus. Sunt autem Hippogypi viri magnis vulturibus vecti, iisque avibus utentes velut equis. Magni enim illi vultures, & ut plurimum tricipites: magnitudinem eorum inde discat aliquis, quod pennam unamquamque onerariae magnae navis malo majorem crassioremque habent. His igitur Hippogypis injunctum est, uti circumvolantes terram, si quis peregrinus inveniatur, deducant ad regem. Itaque nos quoque comprehensos ad eum deducunt. Ille vero, conspectis nobis conjectura ex habitu ducta, *Graeci ergo*, inquit, *vos estis, hospites?* Fatentibus nobis, *Quomodo igitur*, inquit, *huc venistis tanto superato aere?* Et nos, quidquid erat, illi narramus. Atque ille exorsus suas nobis res enarrat, *ut ipse quoque, homo qui esset, Endymion nomine, de nostra terra inter ipsum somnum sursum quondam abreptus esset, & huc delatus regioni imperitet. Esse autem terram illam dicebat eam, quae infra nobis luna videatur. Sed bono nos animo esse jussit,*

89. Δόξαν] Sic absolute, pro, *cum placuisset, cum decretum esset*, supra *Harmon.* c. 4. & hac Hist. c. 7. Et *Long. Past.* 1. p. 5. Ed. *Jungerm.* (p. 4. Ed. *Moll.*) Δόξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν σωκτιβίτικα κρύπτουσι. Ubi *Mollius* similia ex *Lucian.* Nigr. & *Thucyd.* dedit; licet haud indicatis locis, quae tamen non inquirimus, quia tria haec jam a nobis adducta testimonia sufficiunt, & locutio non adeo infrequens est. *J. F. B.*

96. Νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἴσον] Vertunt *navis onerariae malo*, & sic omisso vocis secundae respectu, cujus eo diligentior ratio haberi debuerat, quia scimus varias esse earum navium magnitudines ac mensuras; & cap. 18. τὸ δὶ' ἴκτινου μέγεθος, ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος non omiserunt. *J. G.*

99. Περιπολοῦσι] Conf. supra T. I. Ἔκφρ. c. 22. *M. du S.*

9. Ἐνδυμίων] Pastor fuit admodum formosus, qui cum in Latmo monte obdormivisset, aliquando a Luna deosculatus est, quae in ejus amorem ita exarserat, ut fratri bigas suas agitandas dederit. *Senec.* in Hippolyt.

Arsit obscura Dea clara mundi valle deserta,
Nitidosque fratri eradidit currus alite regendos.

Ovid. *Latmius Endymion non est tibi, luna, pudori.* *G. C.*

16. Καλυφῶνα] *Long. Past.* IV. 130. (male est 138. in

jussit, & periculum sic suspicari nullum: praesto quippe nobis fuerint, quibus opus esset, omnia.

12. *Si vero*, inquit, *bellum feliciter confecero, quod jam Solis incolis infero, felicissimam apud nos vitam vivetis.* Interrogantibus nobis, *quinam hostes essent, & quae dissidiorum causa?* ille *Phaëthon*, inquit, *Rex eorum, qui Solem incolunt (habitatur enim ille quoque non minus quam Luna) diu jam bellum adversus nos gerit. Coepit autem ex causa tali. Collectis aliquando tenuissimis imperii mei, coloniam mittere in Luciferum statui, desertum, & inhabitatum a nemine. At Phaëthon prae invidia prohibuit coloniam, in media se via objiciens nobis in Hippomyrmicibus* (Equiformicis.) *Igitur tum quidem superari discessimus; neque enim apparatu pares eramus. Jam vero denuo inferre bellum volo, & coloniam deducere. Quodsi ergo volueritis, in partem expeditionis meae venite. Vultures autem vobis ego praebebo de regiis singulos, & armaturam reliquam. Caeterum crastino die egrediemur. Ita fiat*, inquam ego, *quandoquidem tibi sic videtur.*

13. Ac tum quidem in convivio ipsius mansimus. Postridie ejus diei vero mane surgentes, in aciem processimus, cum prope esse hostem significarent speculatores.

Ἦν δὲ καὶ καλορθώσω, ἔφη, τὸ πόλεμον, ὧν ἐκφέρω τῶν πρὸς τοὺς τὸ ἥλιον καλοικοῦντας, ἁπάντων εὐδαιμονέστατα πάντες ἐμοὶ καλοικιώσετε· καὶ ἡμεῖς πρόμεθα τίνες τε εἶεν οἱ πολέμιοι, καὶ τὸ αἰτίαν τὸ διαφορᾶς· ὁ δὲ, Φαέθων, φησὶν, ὁ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ καλοικούντων βασιλεὺς, (οἰκεῖται γὰρ δὴ καὶκεῖνος ὥσπερ καὶ ἡ Σελήνη) πολὺν ἤδη πρὸς ἡμᾶς πολεμεῖ χρόνον. ἤρξατο δὲ ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐμῇ ποτε τοὺς ἀπορωτάτους συναγαγὼν, ἐβουλήθην ἀποικίαν ἐς τὸ ἐωσφόρον στεῖλαι, ὄντα ἔρημον, καὶ οὐδενὸς καλοικούμενον· ὁ τοίνυν Φαέθων φθονήσας, ἐκώλυσε τὴν ἀποικίαν, κατὰ μέσον τὸν [b] ὑπαντήσας ὅπη τῶν Ἱππομυρμήκων. τότε μὲν οὖν νικηθέντες (οὐ γὰρ ἦμεν ἀντίπαλοι τῇ παρασκευῇ) ἀνεχωρήσαμεν. νῦν δὲ, βούλομαι αὖθις ἐξενεγκεῖν τὸ πόλεμον, καὶ παραστεῖλαι τὴν ἀποικίαν. ἢν οὖν ἐθέλητε, κοινωνησατέ μοι τοῦ πόλου, γῦπας δὲ ὑμῖν ἐγὼ παρέξω τοὺς βασιλικοὺς ἕνα ἑκάστῳ, καὶ τὴν ἄλλην ὅπλισιν. αὔριον δὲ ποιησόμεθα τὴν ἔξοδον· ἔστω, ἔφην ἐγὼ, γιγνέσθω, ἐπειδή σοι δοκεῖ.

Τότε μὲν οὖν παρ' αὐτῷ ἑστιαθέντες, ἐμείναμεν· ἕωθεν δὲ ἀναστάντες, ἐτασσόμεθα· καὶ γὰρ οἱ σκοποὶ πλησίον εἶναι ἐσήμαινον τοὺς πολεμίους. τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῆς στρα-

[a] *Μίσων*] Sic *F.* & *Pl. Μίσων* reliquae male. [b] *Ὑπαντήσας*] *Ἀνταντήσας Pl* sola.

in Ed. *Mold.*) Καλορθώσας δὲ πολεμοῦντα ἔργα. *Res praeclare gesta.* Et sic quoque recte vertitur ap. *Thucyd.* VI. XI. p. 384. f. ἢν μὴ καλορθώσας, *& nisi rem feliciter gesseris.* *F. F. R.*

17. Ἡλίου πολίται.] *Fuisse, Seneca* ait, *inter Stoicos, qui deliberarent, utrumne soli quoque suos populos darent; inepte scilicet qui dubitaverit;* &c. *Lact.* III. 23. *M. du S.*

29. *Μίσων*] *Pl.* & *Junt.* non μίσων, ut in reliquis. Eadem *Pl.* mox ἀνταντήσας. *M. du S.*

30. Ὑπαντήσας] Sic rectum esse, vid. infra c. 21. Hujus ὑπαντιλαλιᾶς. *F. F. R.*

33. Βούλομαι αὖθις ἐξ. τ. π.] *Thom. Mag.* v. Βουλ. *M. du S.*

34. Παραγεῖλαι] *Aldina* lectio ὑφηγεῖλαι, licet verbum satis infrequens sit, si fides Lexicis; tamen multo nobis ad seriem orationis videbatur commodius accidere, cum non de *imperanda scribendaque colonia*, quod est ὑφηγεῖλαι, sermo sit, sed de *deducenda & firmanda, misso exercitu*, cui rei ὑφηγεῖλαι aptissimum esse, si minus aliorum inductione locorum probari potest, tamen ex usu verbi simplicis, & ratione qua duplicatum est verbum, satis apparet. Idque in interpretatione nostra secuti sumus. *J. M. G.*

Παραγεῖλαι] Et hoc *Aldina* 1. cum reliqq. habet. alioqui lubens reciperem ὑφηγεῖλαι. *J. F. R.*

49. Τὰ

στρατιᾶς, [a] δέκα μυριάδες ἐγένοντο, ἄνευ τῶν σκευοφόρων, καὶ τῶν μηχανοποιῶν, καὶ τῶν πεζῶν, καὶ τῶν ξένων συμμάχων. τούτων δὲ ὀκτακισμύριοι μὲν ἦσαν οἱ Ἱππόγυποι, δισμύριοι δὲ, οἱ ὅπι τῶν λαχανοπτέρων. ὄρνεον δὲ καὶ τοῦτό ὅτι μέγιστον, ἀντὶ τῶν πτερῶν λαχάνοις πάντη λάσιον· τὰ δ' ὠκύπτερα ἔχει, θριδακίνοις φύλλοις μάλιστα προσεοικότα. ὅπι δὲ τούτων, οἱ Κεγχροβόλοι· τετάχαται, καὶ οἱ Σκορδομάχοι. ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἄρκτου σύμμαχοι, τρισμύριοι μὲν Ψυλλοτοξόται, πεντακισμύριοι δὲ ἀνεμοδρόμοι. τούτων δὲ, οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται, ὅπι ψυλλῶν μεγάλων ἱππάζονται, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχουσι· μεγέθει τῶν ψυλλῶν, ὅσον δώδεκα ἐλέφαντες. οἱ δ' Ἀνεμοδρόμοι, πεζοὶ μὲν εἰσι, φέρονται δ' ἐν τῷ ἀέρι ἄνευ τῶν πτερῶν· ὁ δὲ τρόπος τῆς φορᾶς τοιός δε. χιτῶνας ποδήρεις ὑπεζωσμένοι, κολπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ, καθάπερ ἱστία, φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη· τὰ πολλὰ δ' οἱ τοιοῦτοι ἐν ταῖς μάχαις πελτασταί εἰσιν· ἐλέγοντο δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ὑπὲρ τὴν Καππαδοκίαν ἀστέρων ἥξειν, Στρουθοβάλανοι μὲν ἑπτακαιδεκαταῖοι, Numerus exercitus fuere centum millia, praeter calones & machinarios, & pedites, & auxilia peregrina, nempe octuaginta millia Hippogyporum, & viginti millia qui Lachanopteris (*oleripennibus*) vehuntur. Est illa avis maxima, pro pennis undique hirsuta oleribus, alas habens lactucae foliis maxime similes. Juxta hos collocati in acie erant Cenchroboli (*jaculatores milii*) & Scorodomachi (*alliis pugnantes*). Venerant etiam de septentrione auxiliares, trigesies mille Psyllotoxotae (*puliciſagittarii*) quinquagies mille autem Anemodromi (*venticursores*). Horum autem isti magnis in pulicibus equitant, unde etiam nomen habent: magnitudo *singulorum* pulicum, quanta duodecim elephantorum: Anemodromi pedites illi quidem, sed sine alis in aëre feruntur. Ratio progressionis talis. Togas talares substringunt, easque vento velorum instar sinuandas cum permisere, navigiorum more feruntur. Plerumque hi in praeliis peltastae sunt. Dicebantur vero etiam de stellis Cappadociae imminentibus venturi, Struthobalanorum (*passeriglandium*) septua-

[a] Δέκα] i. *Fl.* quae & reliquos numeros saepe literis tantum designat.

49. Τὰ δὲ ὠκύπτερα ἔχει, θριδακίνοις φύλλοις μάλιστα προσεοικότα] Vertunt, *quae vero ex his velociores erant, pennas habebant lactucae foliis maxime similes.* Si haec Latina recte se habent, quae igitur ex his lachanopteris erant minus veloces? inprimis quum ipsa vox supponat omnes fuisse veloces & quidem pariter. Immo in qua Graecorum parte inveniunt interpretes illas *pennas*, quae certe sunt nullibi? Intelligit Lucianus totum corpus habuisse obsitum πτεροῖς; sed ex illis πτεροῖς ista, quae proprie constituebant alas, & quibus volabant (haec sunt ὠκύπτερα) fuisse talia prout describit. Ergo construe τοῦτο ὄρνεον ἔχει ὠκύπτερα, ac verte; *habet autem pennas ad volandum similes maxime foliis lactucae.* Sequentia ἐπὶ δὲ τούτων quum vertit Benedictus *his vecti*, ineptus est, quum alios illis vehi in praecedentibus dixerit: & melius alii *ibi vero & cum his ordinati.* Poterant propius *post hos.* *J.G.*

Ibid. Τὸν ἐφηδέντ'] Ἐφηδέντ' habent, quod ſciam, omnes: certe non vidi adnotatam varietatem. Interpretatus eſt *Eraſmus*, *qui jure ſit obſecutus*: neque mutant poſteriores, niſi quod video Cl. *Soulio* placuiſſe, *qui juri ſit obſecutus*, quaſi legi vellet pro δικαίῳ δικαίως. Ego vero, quem locum hic obtinere potuerit ἐφηδέντα, plane non video; cum vis ejus verbi ad obſequium inviti, triſtis, queruli, pertinere non poſſit. Quomodo quaeſo δικαίως *delectari* poteſt, abdicatus, ut ſibi videtur, injuſte? Neque enim de martyre vel confeſſore Chriſtiano ſermo eſt, qui gaudeat ſibi contigiſſe ut patiatur aliquid &c. Multo minus δικαίως locum habet, cum, injuſtam fuiſſe priorem quoque abdicationem, ponat filius. Verbo, locus planiſſime corruptus, nec vero ſanabilis difficulter, ſi & contextum orationis in conſilium adhibeas, & cogites ſaeculo (ut vocat *Bernardus* in erudita illa tabula) *Leonis Iſaurici*, h. e. octavo Chriſtiano, figuras literarum ε & μ itemque φ & ν miſceri non difficulter potuiſſe. Legendum omnino videtur, τ μεφηδέντ' ἂν δικαίως· ſic optime connexa & Lucianice devincta erit oratio, quod ex interpretatione noſtra intelligitur: nec dubito, addicturos eſſe, ſi exſtent & excutiantur, majores ſaeculo Iſaurici Codices. *J. M. G.*

φρονεῖν. ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπ' ἐμοῦ εὐηργέτησαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὧν ἐγκαλεῖς, δῆλόν ἐστιν. [a] ὃν γὰρ, ὡς ἐν ἐσχάτοις ὄσαν τὴν γυναῖκα, καὶ παμπονήρως ἔχουσαν, οὐκ ἰώμενον, μισεῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῶν ὁμοίων ἀπήλλαξα, σφαγαπᾷς, καὶ χάριν ὁμολογεῖς, τὸ ὅτῳ δεινῶν ἀπηλλαγμένῳ; σὺ δὲ, ὅπερ ἀγνωμονέστατον, σωφρονήσας, εὐθὺς ἐς δικαστήριον ἄγεις, καὶ σεσωσμένῳ κολάζεις, καὶ ὅπι τὸ δεχαῖον ἐκεῖνο μίσος ἀνατρέχεις, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγιγνώσκεις νόμον. καλὸν γοῦν τὸ μισθὸν ἀποδίδως τῇ τέχνῃ, καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τῶν φαρμάκων, ὅπι τὸν ἰατρὸν ὑγιαίνων μόνον.

Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν εὐεργέτην τοῦτον κολάζειν ὅπιτρέψετε, καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν, καὶ τὸν [b] σωφρονίσαντα μισεῖν, καὶ τὸν ἀναστήσαντα τιμωρεῖσθε. οὐκ, ἢν γε τὰ δίκαια ποιῆτε. καὶ γὰρ εἰ τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἦν μοί τις ὑμῶν μικρὰ προοφειλομένη χάρις, εἰς ἣν ἀποβλέποντα τοῦτον, καὶ ἧς μεμνημένον, καλῶς εἶχε, τὰ μὲν παρόντων καταφρονεῖν, διὰ ἐκεῖνα δὲ πρόχειρον τὴν συγγνώμην ἔχειν· καὶ μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία [c] τυγχάνοι, ὡς πάντα ὑπερπαίειν τὰ μὴ ταῦτα. ὅπερ οἶμαι κἀμοὶ πρὸς τοῦτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα, καὶ [d] ὃς τῷ βίῳ παντὸς χρεώστης ὤφλει μοι, καὶ ᾧ τὸ εἶναι, καὶ τὸ σωφρονεῖν, καὶ τὸ συνιέναι

me solum sapere. Minime enim parvum tibi beneficium a me tributum esse, ex ipsa tua accusatione manifestum est. Quem enim odio jam habes, qui non sanem uxorem tuam cum extremis conflictantem malis, & pessime omnino habentem, cur non multo potius vehementer amas, quod similibus te liberavi, & gratiam habes tantis malis solutus? Tu vero, quod ingratissimum, recepta mente statim trahis ad tribunal, & servatus punis, & ad antiquum illud odium recurris, & legem eandem legis. Praeclaram igitur arti mercedem exsolvis, & digna medicamentorum praemia, qui contra solum medicum sapias.

15. Vos autem, Judices, huic permittetis punire bene de se meritum, servatorem expellere, sanae mentis restitutorem odisse, afficere supplicio, qui *jacentem* erexit? Minime, si quidem juste agatis. Etenim si maxima nunc peccata commisissem; ante debebatur mihi gratia non parva, ad quam iste respiciens, cujus recordatus, jure meritoque praesentia contemneret, in promtu propter ista haberet veniam: maxime vero, si tale tantumque sit beneficium, ut longe ea quae post facta sunt, superet. Quod quidem apud istum mihi ita se habere arbitror, quem servaverim, qui vitam mihi ipsam debeat, cui quod est, quod sapit, quod intelligit, prae-

a Ὃν] Ὃς Ex. *Fl.* Ὃν P. cum Edd. b Σωφρονίσαντα] Ita restitui ex Cod. L. Σωφρονήσαντα enim vulgo Edd. c Τυγχάνοι] Sic restitutum ex P. & L. Τυγχάνει Edd. priores. d Ὃς] Deest in *Fl.*

65. Τυγχάνοι] P. & L. In reliquis τυγχάνει. *M. du S*

73. Μεῖζω — εὐεργεσίαν] Admisissem lectionem marginis *Aldinae* μείζω, quia sic melius cum εὐεργεσία in genere fem. convenit; sed quia etiam suspicabitur aliquis μεῖζον' cum apostropho pro μείζονα posse legi, lectoris arbitrio rem permittere malui, etsi scio, alibi ut indeclinabile quoque occurrere μεῖζον, unde quis conjiciat etiam μεῖζον sic usurpari, sed hoc non satisfacit. De μείζω *Mercerus* ad Aristaen. epist. I. 7. ubi ἑτέρᾳ πολλῷ βελτίοι — ἄνευρ legitur, ait: „ βελτίω nolui mutare, quia consensum video perpetuum in omnibus his vocibus, ut eas non inflectat, quamvis contra Grammaticos canones. Infra Ep. XII. τῷ βελτίονι βίου XI. Καλλίᾳ. XIV. „ μείζω". Quod ut ibi propter consensum certe mutare nolim, ita tamen μεῖζον quoque ut invariabile in omni genere accipiendum, non sequitur; sed apostropho adjuvandum arbitror, si quid mutandum; verum potest neutrum genus esse, intellecto τι, vel χρῆμα, quod supra non semel habuimus in aliis adjectivis; ita ut & hic significet: *hoc beneficentiam tuam in majus quid evecturum puto*, vel *majus quid redditurum*. *J. F. R.*

91. Εἰκόνα τὴν τοῦ πατρὸς ἀπημῇ] In abdicato, filius ostendit, se patri assedisse dies noctesque, & omnia momenta observasse ejus valetudini serviendi; sed verba foedissima menda sunt inquinata: πότε γὰρ εἶδε παθὼν μὲ; πότε καμὼν παρόντα; ὑπηρετοῦντα, καιρο-

φυ-

præstiterim, idque eo maxime tempore, cum reliqui omnes spem abjecissent, seque impares morbo fassi essent.

16. Illa enim re augeri beneficium meum existimo, quod neque filius eo tempore, neque necessariam habens curationis causam, sed in libertate constitutus, alienus, naturali necessitudine solutus, tamen non neglexi *patrem*; sed sponte, invocatus, meo ipsius instinctu veni, opem tuli, assiduus fui, sanavi, excitavi, patrem servavi meum, causam de abdicatione dixi, iram *illius* mea benevolentia sedavi, legem dissolvi pietate, magnoque beneficio reditum in familiam redemi, atque ancipiti adeo tempore ostendi meam in patrem fidem, & una cum arte me ipsum *quasi* adoptavi, germanumque me filium difficili tempore ostendi. Quae enim subiisse me putatis? quantum laborasse praesentem, ministrantem, tempora observantem omnia, cum nunc viribus summis morbi concederem, nunc remittenti aliquantum malo, artem opponerem. Est vero omnium in Medicina hoc periculosissimum, curare tales, & ad ita constitutos accedere. Saepe enim in proximos quosque rabiem, effervescente morbo emittunt. Ego tamen ad nihil horum vel patientiam amisi, vel despon-

παρέχημαι, ᾗ μάλιστα ὅτε οἱ ἄλλοι πάντες ἤδη ἀπεγνώκεσαν, καὶ ἄτιθος εἶναι ὁμολόγουν τ νόσῳ.

Τοῦτο γὰρ [e] μεῖζον οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν, ὡς ὅτε υἱὸς ὢν τότε, ὅτε ἀναγκαίαν τ θεραπείας ἔχων αἰτίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστὼς, καὶ ἀλλότριος, τ φυσικῆς αἰτίας ἀφειμένος, ὅμως [f] ὑ προειδον, ἀλλ' ἐθελοντὴς, ἄκλητος, αὐτεπάγγελος, ἦκον, ἐβοήθησα, προσελιπάρησα, ἰασάμην, ἀνέστησα, καὶ τ πατέρα [g] ἐμαυτῷ διεφύλαξα, ᾗ ὑπὲρ τ ἀποκηρύξεως ἀπελογησάμην, καὶ τῇ εὐνοίᾳ τ ὀργὴν ἔπαυσα, ᾗ τ νόμον ἔλυσα τῇ Φιλοστοργίᾳ, ᾗ μεγάλης εὐεργεσίας τ ἐς τὸ γένος ἐπάνοδον ἐπριάμην, ᾗ ἐν ὅτῳ ὀπισφαλεῖ καιρῷ τ πρὸς τ πατέρα πίστιν ἐπεδειξάμην, καὶ μὴ τ τέχνης ἐμαυτὸν εἰσεποίησα, καὶ γνήσιος υἱὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην. πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με, πόσα καμεῖν, παρόντα, ὑπηρετοῦντα, χειροφυλακτοῦντα· νῦν μὲν, εἴκουσα τῇ τοῦ [h] πάθους ἀκμῇ· νῦν δὲ, τ τέχνην ἐπάγουσα, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ; ἔστι δὲ τ ὄντων ἁπάντων τούτων ἐν τῇ ἰατρικῇ τὸ ὀπισφαλέστατον, τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι, καὶ πλησιάζειν οὕτω διακειμένοις. ἐς γὰρ τοὺς πλησίον πολλάκις ἀφιᾶσι τ λύσσαν, ὀπιζέσαντος τοῦ πάθους. ᾗ ὅμως πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπώκνησα, οὐδ' ἀπεδειλίασα-

e Μεῖζον] Sic *F. Fl. P.* Μείζω marg. *AIW.* f Οὐ] Οὖ male *F.* g Ἐμαυτοῦ] Ἐμαυτῷ marg. *AIW.* h Πάθους] Sic recte Cod. L. Πατρὸς Edd. omnes & cett. Codd. male.

φυλακτοῦντα; νῦν μὲν εἴκουσα τῇ τοῦ πατρὸς ἀκμῇ. νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγουσα, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ. Benedicti versio: *Quam multa me fecisse arbitraminí, quantum & exhausisse laborum? dum assideo, dum obsequor, dum opportunitatem observo, nunc cedens patris vehementiae, nunc artem admovens, morbo paullatim inclinante.* Hem, quid audio? πατρὸς ἀκμὴ est patris vehementia? Nil poterat absurdius. πατρὸς ἀκμὴ Graecis esset patris vigor, cum in ipso flore virium & aetatis est. Verti haec non possunt, quia nihil Graecis significant. Legendum est εἰκοῦσα τῇ τοῦ πάθους ἀκμῇ. *Cedens morbi vehementiae.* ἀκμὴ τοῦ πάθους, est cum morbus est vehementissimus, ut nulla patiatur remedia, cui opponitur ἐνδιδόντι κακῷ, cum remissius est malum, cum inclinat nonnihil morbus. Usus est Lucianus proprio medicorum verbo, sic apud Galenum ἡ τοῦ παροξυσμοῦ ἀκμὴ, est cum maxime saevit febris, vide eundem in comment. in *Hippocratis* Prognost. ubi docet quae sit ἀρχὴ τοῦ πάθους, seu νοσήματος initium morbi, ἀνάβασις, incrementum, ἀκμὴ, cum est vehementissimus, & ὑποδρομὴ cum inclinat, & minuitur. *J.G.G.*

Ibid. Πάθους] Emendationem Cl. *Graevii* certissimam nunc etiam auctoritate L. Codicis firmatam, secuti sumus. Vide etiam *Plut.* 806. f. *M. du S.*

93. Τούτων] Videtur legendum τούτοις. Sic certe interpretatus sum. *J.M.G.*

λίασα. συνὼν δὲ καὶ πάντα τρόπον ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ, τὸ τελευταῖον ἐκράτησα τοῦ φαρμάκου.

Μὴ γὰρ τοῦτ' ἀκούσας εὐθέως ὑπολάβῃ τις, ποῖος δὲ ἢ πόσος ὁ κάματος ἐγχέαι φάρμακον; πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει, καὶ προπαρασκευάσαι ῥᾴδιον ἐς ἴασιν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἀπάσης ἕξεως φροντίσαι, κενοῦντα, καὶ ἰσχναίνοντα, καὶ οἷς χρὴ τρέφοντα, καὶ κινοῦντα ἐς ὅσον χρήσιμον, καὶ ὕπνους ὀπινοῦντα, καὶ πρεμίας μηχανώμενον, [a] ἅπερ οἱ μὴ ἄλλο τι νοσοῦντες, ῥᾳδίως πειθήσειεν ἄν· οἱ μεμηνότες δὲ, διὰ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ νοῦ, δυσάγωγοι, καὶ δυσηνιόχητοι, καὶ τοῦ ἰατροῦ ὀλισθαλεῖς, καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι. ὅταν [b] γοῦν πολλάκις [c] ποιήσωμεν, ἤδη πλησίον γενόμενοι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπαχμάσαντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα [d] ἀνέτρεψε, καὶ ἀπέδωκε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε.

Τὸν δὴ ταῦτα πάνθ' ὑπομεμενηκότα, καὶ ὕστω χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα, di animum. Sed congrediens & omni modo contra morbum decertans, medicamento tandem illum expugnavi.

17. Noli enim, si quis ista audis, statim putare, *Qualis aut quantus labor est infundere medicamentum?* Multa enim ante hoc fieri oportet, & viam munire potioni, & parare habile ad curationem corpus, & habitus totius habere rationem, evacuando, extenuando, iis, quibus oportet, nutriendo, & movendo quantum opus est; & somno parando, & machinanda quiete, ad quae morbo laborantes alio facile inducantur, furiosi autem propter mentis libertatem, duci regique difficiles, periculosi medico, & curatione vix superabiles. Cum enim saepe effecimus, ut prope finem simus, cum speramus; incidens parvulum quoddam peccatum, ingravescente denuo morbo, omnia illa facile evertit, retro agit curationem, artem fallit.

18. Eum igitur, qui illa omnia sustinuit, qui cum gravi adeo aegritudine confli-

a Ἅπερ] Ὥστε P. Vulgat. servant Edd, *J. Fl. H. P.* &c. b Γοῦν] Sic Edd. vett. & recentiores. Γὰρ L. c Ποιήσωμεν] Hoc Edd. constanter tuentur. Οἰήσωμεν *Marc.* d Ἀνέτρεψε] Ἀνεπόδισε marg. *AIW.*

99. Ἀντιξεταζόμενος] Et sic habere cum *J.* etiam *B2. H.* & *Fl.* notarat *Solanus*. Quid tum? Occurrit etiam supra *Dial. mort.* XII. §. 2. p. 382. f. quod *Soulius* tamen ibi in ἀντιπαξάμενος mutare voluit; sed defendit Cl. *Hemsterhusius* vulgatam Lectionem, quem vide, & cognosces hic quoque aptissimum esse hoc verbum. *J. F. R.*

13. Τῷ νῷ] Νοῦς cogitandi vis hic est, & imagines rerum formandi. Haec ab imperio rationis τῷ λόγῳ *libera*, & effrenis temere huc illuc impellitur, aegreque adeo ad quietem & tranquillitatem reducitur. Quam itaque *mentis libertatem*, verbum de verbo reddidi, hanc maluissem tali circumscriptione verborum exprimere, *propter mentem excussis rationis frenis libere nugantem*. *J. M. G.*

16. Ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν] Ὅταν γοῦν πολλάκις οἰήσωμεν &c. *Th. M.*

Ibid. Ποιήσωμεν] *Marcilius* pro ποιήσωμεν reponit οἰήσωμεν. Vix puto Nostro, Atticae dictionis observantissimo, tribui posse οἰήσωμεν. quum οἴομαι tantum in forma passiva ab eo usurpetur. Sed nulla emendatione eget hic locus, si bene modo distinguatur: nimirum distinctio requiritur post ἰλλίσωμεν. quod Interpres recte quidem observavit; at minus fideliter egit in versione. In superioribus dixit Abdicatus, nullos sanatu difficiliores esse furentibus; ubi enim alii aegroti facile ad monita Medicorum agant, in illos nihil esse Medicis imperii. *Itaque*, ait, *cum saepe effecerimus, ut prope ad finem curationis perventum sit, & cum jam bonam spem conceperimus, leve aliquod peccatum incidens, malo effervescente, omnia illa facile pervertit, curationemque moratur ac reprimit, atque artem eludit.* *J. J.*

26. Νόμους] Lege *de ingratis* filii tantum tenebantur erga parentes, quanquam ulterius a Petito trahatur. Vid. *Val. Max.* V. 3. & *Xenoph.* Ἀπομν. II. Vitr. praef. VI. *Meurs.* Them. Att. I. 3. *Menag.* ad Diog. Laërt. I. 55. *M. du S.*

31. Εἰ δὴ] Placet conjectura *Soulii*, sive *Solani*, ὃ δὴ legentis, sive ipse ejus auctor sit, sive aliunde hauserit; quod fere suspicor, quia notis suis non inseruit; sed tum potius mutato accentu ὃδε demonstrative

filius eſt, qui morbum morborum omnium ſuperatu difficillimum vicit, iſti filium abdicare permittetis, & pro ſua lubidine interpretari leges contra optime de ſe meritum patiemini, & contra ipſam pugnare naturam ſinetis? Ego naturae obſecutus, judices, ſervo & cuſtodio mihi patrem, etiam ſi injuriam ipſe *mihi* faciat. Si vero filium a quo beneficium accepit, legibus, ut ait, obtemperans perdit, & genere privat, ipſe liberorum oſor eſt, amans ego patris; ego amplector naturam, ipſe naturae vim deſpicit, & jus ipſum contumelioſe conculcat. Vah patrem injuſte odio habentem, vah filium amantem etiam injuſtius! Me enim ipſum accuſo, patre ita cogente, qui exoſus praeter officium amem, & magis amem quam convenit: cum tamen natura patribus magis injungat amare liberos, quam hiſce patres. Sed iſte ultro & leges deſpicit, quae liberos nullius injuriae reos ſervant generi, & naturam, quae parentes ad vehemens eorum qui nati ſunt deſiderium trahit; tantum abeſt, ut, cum majores habeat benevolentiae erga me cauſ-

καὶ πάθος ἁπάντων παθῶν τὸ δυσαλγέστατον νενικηκότα, ἔτι τούτῳ ἐπιτρέπειν ἐθέλετε, καὶ τοὺς νόμους ὡς βούλεται ἑρμηνεύειν κατ' εὐεργέτου, συγχωρήσετε, καὶ τῇ φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε; ἐγὼ τῇ φύσει πειθόμενος, σώζω καὶ φυλάττω, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν πατέρα ἐμαυτῷ, κἂν ἀδικῇ ὅτι[e] εἰ δὲ τὸν εὐεργετικώτατα παῖδα τοῖς νόμοις, ὡς φησιν, ἀκολουθῶν ἀφαιρεῖται, καὶ τοῦ γένους ἀποστερεῖ, μισόπαις ὅτι, ἐγὼ φιλοπάτωρ γίγνομαι· ἐγὼ τὸν φύσιν ἀσπάζομαι, ὅτι τὰ τῆς φύσεως παρορᾷ, καὶ καθυβρίζει δίκαια. ὁ πατὴρ, μισεῖ ἀδίκως· ὁ παῖς, φιλεῖται ἀδικώτερον. ἐγκαλῶ γὰρ ἐμαυτῷ, τοῦ πατρὸς ἀναγκάζοντος, ὅτι μισοῦμεν, οὐδὲν φιλῶ, καὶ φιλῶ πλέον ἢ προσῆκε. καίτοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον, ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν. ἀλλ' ὅτι ἐκὼν καὶ τοὺς νόμους παρορᾷ, οἱ τοὺς ἐδὲν ἠδικηκότας παῖδας τῷ γένει φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἣ τοὺς γεγαμηκότας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν ἐγγεγαμηκότων πολύν, οὐχ ὅπως μείζους ἔχειν ἐυ-

[e] Εἰ] Et haec eſt conſtans lectio. Sed ὁ legendum adſcripſit *M. du S.* [f] Δίκαια] Deeſt in P. Adeſt in Edd. [g] Γεγαμηκότων] Γεγαμ. *J. Pell.* punctum poſt πολὺν habet, & πῶς δὲ οὐχ ὅτι.

tive legerem. Non tamen rejicio vulgatam; ſed mallem, ubi σὲ praeferas, αὐτὸς mox ei ſubjici, quam ὅτι, ideoque magis ad ὁ inclinarem. *J. F. R.*

35. Ἀσπάζομαι] Sic pro *amplector*, *delector*, *Alciphr.* I. Ep. 3. f. ἀσπάσαιτο ἀοιδῆς βίον. *Amplecti meretricem vitam.* Idem I. Ep. 4. p. 20. Εἰ τὸν πόλεμον ἀσπάζῃ. *Si urbem amas.* *J. F. R.*

46. Γεγαμηκότων] Supra c. 10. hujus Differt. idem *Fauſtinae* mendum indicavimus, quae γεγαμηκα. uno tantum μ habet, ut hic iterum; ſed cum verſu proximo γεγαμηκότος tamen recte exhibeat, facile erat hunc errorem detegere. *J. F. R.*

47. Οὐχ ὅπως] Monebat in marg. *Graev.* Cl. *Hemſterh.* adeundum Cl. *Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 194. N. 31. quem ſupra T. I. *Pro laſſ.* c. 4. jam indicavimus. Jam vero, quia hic ſatis eſt ſpatii, inſerere libet: Οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν, verba ſunt Teiid. L. III. c. 42. Ad quae ille: Οὐχ ὅπως ſaepiſſime ponitur pro *non modo non*, ſequente negatione in poſteriore membro orationis. *Lucian.* ἐπὶς τὸ ἐν τῇ προσηγ. πταισμ. c. 4. καὶ οὐχ ὅπως Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπου δικαίου πτέσεται. Sed non minus ſine ea. *Thucyd.* I. 35. Τοῦδε οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ἐστε — γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ — ὑπάρχειν προθυμοῦνται ἀφελήσεσθαι. *Lucian.* Abdicato: h. l. ἀλλ' ὅτι — οὐχ ὅτι — μείζους τὰς δίκας &c. Itaque in his particula negans non poteſt ſuppleri ex ſequenti membro, quod de hoc loco *Thucydidis* dicit *Portus* in *Var. Lect.* Eadem in lingua Latina eſt ratio particularum *non modo*. Haec ille. Exempla autem alia addi poſſent ex *L. Bos* de Eliſ. p. 332. Sed libellus ille omnium in manibus merito verſatur. Latina exempla dedi, atque unde ex aliis, qui id jam dudum egere, peti poſſint, indicavi in Libro *de Ambiguis*. Tit. NON. p. 380. & ſeq. Unde nihil repetam, niſi hoc, adiri quoque poſſe *Dukerum* noſtrum ad *Flor.* III. 20. 3. p. 664. qui modeſte refutat Cl. *Perizonium* ad *Sanct. Min.* IV. 7. 5. exiſtimantem *non modo* pro *non modo non*, dici non poſſe, niſi ſequente particula negativa. *J. F. R.*

90. Οὐ-

εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας ἐσφέρῃ, ἢ ὀπιδίδωσιν· ἢ, τόγε ἔλαττον, ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζηλοῖ τὸ φίλτρον. ἀλλ', οἴμοι τῆς συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττει, καὶ τοὺς φιλοπαίδας νόμους, ὡς μισοπαίδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. ὦ μάχης, ἣν ἐσάγεις πάτερ τοῖς νόμοις καὶ τῇ φύσει.

Οὐκ ἔστι ταῦτα οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις, κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς κειμένους τοὺς νόμους. οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις· ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζεις τὸν εὐεργέτην, ἀδικεῖς τὴν φύσιν, τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ φύσει; οὓς καλοὺς, καὶ δικαίους, καὶ φιλοπαίδας εἶναι θέλουσας, οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς κατὰ πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις, τοὺς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις ἡσυχάζειν ἐθέλουσας· καίτοι γε ὑπὲρ τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι, μηδὲ κειμένους. καὶ μὴν οἵγε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων. ὁ δὲ [a] πρὸς τοῦ μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς οἷς εὖ πέπονθε κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν. ὡς ἐμοὶ μὲν οὖν ὅτε ἀποκηρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις, ὅτε ἄλλως δίκαιον, εὐεργέτην ἐς τὰ τηλικαῦτα γεγενημένον ἀπωθεῖσθαι, καὶ τῆς οἰκίας ἀπωθεῖσθαι, ἱκανῶς, οἶμαι, δέδεικται.

sas, majora etiam benevolentiae officia mihi tribuat, atque cumulet; aut certe, me imitetur, & amoris mei se praebeat aemulum. Sed heu calamitatem! insuper etiam odit amantem, & diligentem exigit, & bene merentem afficit injuria, & amplectentem abdicat, & leges liberis faventes, tanquam infensas liberis in me torquet. Vah pugnam, qua committis, pater, leges & naturam.

19. Non sunt, non sunt ista ut tu vis. male interpretaris, pater, leges bene constitutas. non pugnant natura & lex circa benevolentiam; sequuntur hac in re se invicem, & mutuo se dissolvendis injuriis adjuvant. Contumelioſe tractas bene de te meritum: in naturam injurius es. Quid etiam leges una cum natura injuria compleeteris? quas, bonae, justae, liberorum amantes esse cum velint, *tales* esse non concedis, cum eas contra unum filium, tanquam adversus plures, saepius moveas, & quiescere non patiaris a poenis, quae in liberorum adversus patres benevolentia quiescere cupiunt, atque adeo iis, qui nihil peccarunt, neque sunt propositae. Et sane ingrati animi judicium dant leges contra eos, qui bene de se meritis gratiam non retulere. Ille autem, qui praeterquam quod vicem non reddit, insuper propter ipsa quibus affectus est beneficia punire cupit, considerate, si quem injuriae excessum reliquerit. Quae cum ita sint, neque integrum amplius isti esse abdicare, qui semel jam patriam potestatem expleverit, & usus sit legibus: neque alioquin justum esse, bene adeo meritum rejici, & expelli domo, satis, puto, demonstratum est.

20. Jam

a Πρὸς τῷ] Πρὸς τὸ *Fl.* Sed vulgatae cett. Edd. lectioni adsentitur P.

90. Οὐδὲ τοῦθ' ὁ νομοθέτης φησὶ, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω] Sic, non ὅτι, scribendum. *Neque id dicit Legislator, Pater, quodcumque tandem criminatus, abdicet.* *J. J.*

91. Ὅ, τι] Quod sic dividi pro vulgato ὅτι volebat Cl. *Jens.* id in Parisina jam ita editum erat. In *Junt.* autem *Solanus* manu sua diviserat. In *Hag.* Ed. in duo quidem verba diremtum est, sed sine commate. *J. F. R.*

4. Τί τ' πάντων αἰτίᾳ;] Αἰτιᾷ. *Th. M.*

Ibid. Αἰτιᾷ] Ferri vulgata lectio αἰτίαι non potest. Legendum necessario ut *Marcilius* suadet, & nos correximus, αἰτιᾷ. *B2.* αἰτιᾶται, minus concinne. *M. du S.*

Αἰ-

20. Jam vero ad ipſam quoque cauſſam veniamus abdicationis, & crimen ipſum, quale ſit, examinemus. Opus vero eſt rurſus ad ſententiam legislatoris recurrere. Ut enim tibi hoc ad parvum tempus demus, licere abdicare, quoties velis, & contra bene meritum inſuper hanc tibi poteſtatem concedamus: non tamen ſimpliciter, puto, neque omnibus de cauſſis abdicatis. Neque hoc ait legislator, *Quidquid accuſaverit pater, abdicato, & ſufficit velle tantum, & arguere.* Quid enim opus fuiſſet judicio? Sed vos, judices, jubet conſiderare, magnisne & juſtis de cauſſis iraſcatur pater, an minus. Igitur hoc jam exquirite. Incipiam autem ab his, quae furorem ſtatim conſecuta ſunt.

21. Primum quidem quod ſanitate reſtituta egit pater, hoc fuit, quod abdicationem reſcidit; *tum* ſervator, bene meritus, & omnia eram ego. Nec ullum in his crimen, puto, eſſe potuit. Eorum autem, quae ſecuta ſunt, omnium quid accuſat? quem cultum, quam curam filii praetermiſi? quando abnoctavi? quas compotationes intempeſtivas, quas comiſſationes accuſas? quae luxuria *mea eſt?* quis leno pulſatus? quis accuſavit *me?* nemo unus. Atqui haec ſunt, propter quae maxime abdicare lex permittit. Sed aegrotare coepit noverca. Quid igitur? me hoc nomine accuſas? & morbi rationem a me repetis?

22. *Non*, inquit. Quid ergo? *Quod*

Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τ αἰτίαν ἔλθωμεν τ ἀποκηρύξεως, καὶ τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν ὁποῖόν ἐστιν. ἀνάγκη δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν νομοθέτην ἀναδραμεῖν τῶ νομοθέτῃ. ἵνα γὰρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκηρύττειν, καὶ κατά γε τῆς εὐεργέτου προσέτι τ ἐξουσίαν ταύτην [b] συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς, οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις· οὐδὲ τοῦθ' ὁ [c] νομοθέτης φησὶν, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ ἀπόχρη θελῆσαι μόνον, καὶ μέμψασθαι. τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' [d] ὑμᾶς ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, σκοπεῖν, εἴτ' ἐπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὀργίζεται, εἴτε καὶ μή. οὐκοῦν τοῦτο ἤδη ἐξετάσατε. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τ μὴ τ μανίας εὐθύς.

Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τ σωφροσύνης τοῦ πατρὸς, λύσις ἦν τ ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ, καὶ εὐεργέτης, καὶ πάντα ἦν ἐγώ. καὶ οὐδὲν, οἶμαι, τούτοις ἔγκλημα προσεῖναι ἐδύνατο. τὰ μὲν ταῦτα δὲ, τί τ πάντων [e] αἰτιᾷ; τίνα θεραπείαν, τίνα ἐπιμέλειαν υἱῆς παρῆκα; πότε ἀπόκοιτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους, τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία; τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ἡτιάσατο; οὐδὲ εἷς. καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μητρυιά· τί οὖν ἐμοὶ τοῦτ' ἐγκαλεῖς, καὶ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς;

Οὔ, φησιν. [f] ἀλλὰ τί; ὅτι θεραπεύειν προσ-

[b] Συγχωρήσωμεν] Συγχωρ. *Fl.* Sed cum vulg. cett. Editionum lectione facit P. [c] Νομοθέτης] Νόμος marg. *Alw.* [d] Ὑμᾶς] Recte ſic Edd. plurimae & P. Ὑμῶν male *Fl.* [e] Αἰτιᾷ] Sic *Marc.* Αἰτίαν, Edd. male. Αἰτιᾶται *B2.* [f] Ἀλλὰ τί; ὅτι] Ἀλλ' ὅτι *Fl.* Vulgatam lect. ſervant ceterae, cum P. Cod.

Αἰτιᾷ] Facile obſecundavi *Marcilio* & *Solano* ſic legentibus, pro vulgato αἰτίαν, quia id plane neceſſarium. Immo & ſic jam videtur legiſſe *Eraſmus*, vertens: *quod accuſat*, etſi verba τὰ μὲν ταῦτα δὴ in verſione neglexit. *J. F. R.*

13. Οὔ, φησιν] Melius ſic interpungitur. Vide locum huic ſimilem in *Dearum judicio* ſeu Θ. δ. XX. c. 4. (jam c. 9.) *M. du S.*

Οὔ, φησιν] Nemo intelliget, quid *Solanus* velit dicens, melius ſic legi, & conferendum c. 4. Dial. *Dear. Judic.* inſcripti; ideo paucis dicam quid ſit: erat in aliis Edd. ſic interpunctum ἀπαιτεῖς, ὅ φησιν. In aliis ἀπαιτεῖς; ὅ φησιν, unde is fecit ἀπαιτεῖς; Οὔ, φησιν. quod ſine haeſitatione ſic edi curavi, etſi vulgata quoque ſatis intelligi ſine mutata diſtinctione poterat, at nunc melior tamen eſt. Quod autem idem ſupra occurrere ait, id ſolam Edit. *Junt.* reſpicit, quam ille ſecutus fuiſſet, ſi ſibi Lucianum edere con-

προστάττόμενος, ἃ θέλεις, ἢ ἀφ' οὗ τοῦτ' ἂν ἀξιοῖς εἶναι ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν οἷα προστάττοιτ' αὐτῷ, ὑπακούειν ἢ δυνάμενος, ἀπειθεῖν δοκῶ; πρὸς ὀλίγον ἐπανορθώσομαι. πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὡς ἢ πάντα προστάττειν οὔτε τούτῳ δίδωσιν ὁ νόμος, οὔτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως ἀναγκαῖον. ἐν δ' οὖν τοῖς τ' προσταγμάτων τὰ μὲν ἀνεύθυνά ἐστι, τὰ δ' ὀργῆς, ἢ τιμωρίας ἄξια· ἐὰν νοσῇς αὐτὸς, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ· ἐὰν τὰ κατ' οἶκον ὀπιμελεῖσθαι [a] κελεύῃς, ἐγὼ δὲ ὀλιγωρῶ· ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ὀπτεύειν προστάττῃς, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. πάντα ταῦτα, καὶ τὰ [b] τοιαῦτα εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις, καὶ τὰς μέμψεις πατρικάς· τὰ δ' ἄλλα, ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῖς παισὶν, ὄντα τ' τεχνῶν, ἢ τ' τούτων χρήσεως, ἢ μάλιστα, ἢ μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀδικοῖτο. ἐπεί τοι ἂν τῷ [c] γραφεῖ πατὴρ προστάττῃ, ταῦτα μὲν τέκτονι γράφε, ταυτὶ δὲ μή· ἢ τῷ μουσικῷ, τοῦτο δὲ μὴ τ' ἁρμονίαν χρῶ, τοῦτο δὲ μή. καὶ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὲν χάλκευε, τοιαῦτα δὲ μή· ἆρα [d] ἂν τις

cerare eam jussus non vis; & propter hoc dignus fueris abdicatione, parere recusans patri. Ego vero, qualia praecipienti patri, cum obsequi non possim, obedientiam negare videar, *disputare* paullum differam. Prius vero simpliciter illud dico, Neque isti lex permittit injungere omnia, neque parere omnibus omnino mihi necessarium. In his ergo, quae imperantur *a patre*, alia quidem alieno arbitrio non sunt obnoxia, alia vero ira atque supplicio, *si violentur*, digna: si aegrotes ipse, ego vero negligam, si rem familiarem curare jubeas, ego vilipendam, si rem rusticam inspicere injungas, ego pigrer. Omnia haec, & quae sunt in eodem genere, rationabiles habent causas & reprehensiones patrias: sed altera illa in nostra, liberorum, potestate sunt, quae nimirum ad artes, earumque usum pertinent; in primis si ipse pater nulla *inde* laedatur injuria. Quandoquidem si pictori pater injungat, *Ista quidem, fili, pinge, illa non*; & musico, *Hanc pulsa harmoniam, illam non*; & fabro, *Talia fabricare, talia non*:

num

a Κελεύῃς] Ex P. est. Nam abest ab Edd. Κελεύοις tamen etiam marg. *AtW.* b Τοιαῦτα] Sic in marg. *Ald.* correctum, quum τοιατα tantum typis editum esset. Quod ideo moneo, ut videamus optimas Edd. mendis typographicis non carere. c Γραφεῖ] Sic sola *Fl.* Ceterae male γράφειν. d Ἂν] Deerat in *S.* Aderat in *J. P.* &c.

tigisset. Verum recte Cl. *Hemst.* ibi ab *Junt.* lectione recessit, & ἔστω pro ἐ dedit, vid. §. 9. *Dear. Jud.* T. I. p. 260. Non c. 4. Nam alia nunc est facta paragraphorum sive capitum divisio; *Solanus* enim non satis commode illa distribuerat, fateor; cujus tamen divisionem deinceps ubique retinemus, propter permultas citationes, quarum numerus alioquin ubique foret mutandus, ad quod otium non superest. *J. F. R.*

26. Κελεύῃς] P. Solus hanc vocem exhibet omnino necessariam. *M. du S.*

33. Ἐπεί τοι ἂν τῷ γράφειν πατὴρ προστάττῃ, Ταῦτα μὲ τέκτονι γράφε, &c.] Γράφειν habet quoque cum Basileensi Aldina; perspicue tamen, velut optime Florentina, γραφῇ scribendum; quod observavit quoque Interpres, *Jam, si cui pictori praecipiat pater, Haec pinge, fili, non illa*, &c. Paullo post, ἆρα ἂν ἀνάγκη legendum. Excciderat in sequioribus ἐὰ, ἂν, quod antiquiores servant. *J. J.*

34. Γραφῇ] Ita emendandum, post *Verstium* & Cl. *Jensium*, duximus, reluctantibus frustra libris, in quibus γράφειν scribitur. In *Fl.* Ed. tamen recte γραφῇ. *M. du S.*

41. Τὸ δὲ τ' ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι] A conditione artis Medicae, cujus studium erat olim cum primis honorificum, ut *Galenus* & *Erasmus* comprobant. *G. C.*

Τὸ δὲ τ' ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι] Conf. quae mox de privilegiis medicorum sequuntur, versus fin. hujus cap. At servos fuisse medicos JCti probant ex *L.* 3. C. comm. de Leg. *Sexaginta solidis aestimatos medicos utriusque sexus*, citante consult. *Zurkio* ad *Cic. Orat.* pro Dejot. c. 6. qui dicit: *Philippum medicum servum regium . . . esse corruptum*, Eod. cap. sub fin. *Id tibi, & medico callido, & servo, ut putabas, fideli, non credidit.* Contra, a servitute eos liberare conatur Doct. *Vink*, in Amoenitt. Literario-medicis, servos illos chirurgos tantum fuisse dicens. Sed haec disquisitio integram dissertationem postularet: quare breviter dicam: distinguenda tempora, distinguendae nationes. Apud Graecos certe ab antiquioribus tempo-

ium quis ferat abdicare volentem, quod filius non prout ipsi placet, arte utatur?

23. Nemo unus, arbitror. Medicina vero quo honestior est & vitae utilior, tanto liberior esse debet utentibus; & praerogativam habere hanc artem justum est in ipsa utendi potestate; cogi autem nihil, nec imperari, rem sanctam, traditam a Diis, sapientium virorum studium; nec servituti legum subjici, neque metui & poenae judicii neque suffragio, & minis patris, & irae hominum imperitorum. Itaque etiamsi hoc aperte tibi ac diserte dixissem, *Nolo, neque curo, licet possim, sed mihi soli artem novi, atque patri, reliquis omnibus indoctus esse volo:* quis tyrannus ita violentus, qui cogere audeat, & invitum arte sua uti *aliquem velit.* Haec enim talia supplicationibus & precibus, non legibus & iris, & judiciis subjicere, puto, convenit. Persuasione vinci medicum oportet, non imperio; velle, non terreri; ad curationem non compelli, sed sponte venientem gaudere. Necessitatis autem a patre impositae ex-

ἀνάγχοιλο ἀποκηρύττοιλά, ὅτι μὴ χῦ τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ.

Οὐδὲ εἷς, οἶμαι. τὸ δὲ τ ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι, χῇ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτῳ χῦ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χρωμένοις, χῇ τινα [e] προνομείαν [f] ἔχειν τὴν τέχνην δίκαιον τῇ ἐξουσίᾳ τ χρήσεως· ἀναγκάζεσθαι δὲ μηδέν, μηδὲ προστάττεσθαι, πρᾶγμα ἱερὸν, χῦ θεῶν παίδευμα, χῇ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα· μηδ' ὑπὸ δουλείαν ἃ γενέσθαι νόμῳ, μηδ' ὑπὸ φόβον, χῇ τιμωρίαν δικαστηρίου, μηδ' ὑπὸ ψῆφον, καὶ πατρὸς ἀπειλήν, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε χῦ εἰ τοῦτό σοι σαφῶς ἔτυχον, χῦ λέγειν ῥᾴδην ἔλεγον, ὃ βούλομαι, οὐδὲ θεραπεύειν δυνάμενον, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τ τέχνην οἶδα, χῦ τῷ πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι· τίς τύραννος οὕτω βίαιος, ὡς ἀναγκάσαι ἂν χῇ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γὰ τοιαῦτα, ἱκετείαις χῇ δεήσεσιν, ἢ νόμοις χῇ ὀργαῖς, ἢ δικαστηρίοις ὑπάγειν, οἶμαι, προσήκει· πείθεσθαι τ ἰατρὸν χρὴ, ἢ κελεύειν, βούλεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι, ὅπι τ θεραπείαν οὐκ ἄγεσθαι, ἑκόντα δὲ ἐρχόμενον ἥδεσθαι· πατρικῆς δ' ἀνά-

[e] Προνομείαν] Sic Edd. vett. & recentt. *Προνομίαν Vorst.* [f] Ἔχειν] Εἶχεν *J.* male. [g] Γενέσθαι] Γίνεσθαι marg. *A1.*

poribus medicos honoratiores fuere quam apud Romanos. Multi medici fuere servi, non omnes. *Cicero* I. de Off. c. 42. Medicinam & Architecturam ab illiberalibus & sordidis artibus sejungit, & honestam ac liberalem medicorum artem vocat. *Charicles* Tiberii Caesaris Medicus cum eo in convivio accumbebat, vid. *Sueton.* in ejus vita, c. 72. De varia medicorum conditione vid. *Cellan.* antiquitr. medicas, p. 39. 40. & seqq. ubi plures indicat auctores, qui super hac re scripsere. Prodiit etiam nuper in Germania libellus: *Medicus a servitute liberatus*, quem tamen oculis subjicere nondum licuit. *J. F. R.*

44. Προνομείαν] *Vorstius* frustra προνομίαν suo Codici adscripsit. *M. du S.*

Προνομείαν] Cap. seq. iterum sic occurrit, ubi tamen diphtongum ει in *Aldina* quoque expressam delevit eadem manus quae variationem προνομίας adscripserat, hoc tamen loco idem intactum reliquit; nec ego quidquam mutatum velim. *J. F. R.*

63. Πατρικῆς] Locus haud dubie corruptus; qui tamen sic interpungendo, levique additione voculae χῦ, ante ἀπειλὴν quadantenus sanatus videatur. *M. du S.*

Πατρικῆς δ' ἀνάγκης] Non capiet lector quid *Solanus* sibi velit, dicens, *sic interpungendo*; nisi moneam, in Ed. *J.* ante πατρικῆς comma tantum fuisse, quod is in punctum minus mutavit. Sed in *Parisina* tamen jam aderat illud punctum. Ego vero & alterum comma, quod ante ἰδιώτης in Edd. erat, plane sustuli. Contra servavi alterum comma, quod post ἄκοντα recte in *Paris.* fuit, cum in *J.* punctum ibi esset. Non tamen adspernarer χῦ planioris filii caussa ab *Solano* insertum, ut legas: ἅπασιν ἐ ἀπειλὴν ὑ πάτηρ. Verum non plane necessarium id videtur, modo rursum aliud comma, quod post ἄκοντα est, deleas, nimirum legendo: πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄκοντα ἀπειλὴν ὑ πάτηρ. constituendoque, *immunis illa ira compulsionis paternae expers est.* Et hoc ipsum tamen significatur, etsi comma post ἄκοντα manent. *J. F. R.*

ἀνάγκης ἄμοιρον, ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπερ τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ [a] προνομείας διδόασι.

pers, & immunis ars est, cum medicis publice etiam civitates, honores, & sedem antiquiorem, & immunitates, & praerogativas tribuant.

Ταῦτα μὲν οὖν ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σὺ διδαξαμένῳ με, καὶ πολλὰ ὀπιμεληθέντος, καὶ ἀναλώσαντος, ὡς μάθοιμι, πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν, καὶ ταύτην δυνατὴν οὖσαν, ἀντέλεγον. [b] νυνὶ δὲ καὶ ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πανταπασιν ἄγνωμον ποιεῖς, οὐκ ἐῶν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι. ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐκ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον, οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν σοὶ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμάκων παρασκευήν; οὐδ' ἡντιναοῦν· ἀλλὰ πένομενος ἐγὼ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπορέμενος, καὶ τοῦ τῶν διδασκάλων ἐλεήμονος, ἐπαιδευόμην. καί μοι τοιαῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς ἦν πρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη, καὶ ἐρημία, καὶ ἀπορία, [c] μῖσος οἰ-

24. Haec igitur haberem, quae simpliciter pro arte dicerem, etiam si tibi, cum docendum me curasses, & providisses multum, & in doctrinam meam impendisses, in una tamen hac curatione, eaque meae potestatis, repugnarem. Jam vero illud etiam cogita, quam praeter omnem rationem facias, cum meo me peculio libere uti non pateris. Hanc ego artem, cum tuus non essem filius, edidici, cum tuae legi subjectus non essem: & tamen tibi eam didici: primus fructum illius percepisti. Nihil a te ad discendum *praesidii* habeo. Quem magistrum conduxisti? quem medicamentorum apparatum *emisti?* Nihil quidquam. Sed pauper ego, & necessariis rebus destitutus, misericordia magistrorum eruditus sum. Talia mihi erant a patre ad discendum viatica, tristitia, solitudo, inopia, odium familiarium, aversatio cogna-

[a] Προνομίας] Sic rursus Edd. unanimi consensu. Sed Προνομίας marg. *AiW.* [b] Νυνὶ δὲ] Νῦν δὲ *Fl.* male. Vulg. tenent cett. Edd. cum Cod. P. [c] Μῖσος] Καὶ μῖσος marg. *AiW.*

69. Ὑπὲρ τῆς τέχνης, ὦ καὶ σὺ διδαξαμένου] *Vitruvius* in praefatione Libri VI. sic scribit: Alexis poëta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quod cum omnium Graecorum leges cogant parentes ali a liberis, Athenienses non omnes, sed eos tantum, qui liberos artibus erudiissent. Ita *Plut.* in Solon. *G.C.*

72. Καὶ ταύτην] Male sanae hic Edd. in quibus omnibus illud καὶ deest. Nos ex ingenio, sed fidenter tamen in re manifesta, inseruimus. *M. du S.*

Καὶ ταύτην] Hic *Solano* morem gessi in recipiendo καὶ, quia major hic est necessitas, quam supra. *J.F.R.*

78. Μεμαθηκά σοι — οὐδὲν παρὰ] Transponantur. *F.G.* Mens *Gujeti* videtur haec esse, legendum nempe ordine mutato: καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Et sic sane sensus vulgatae non cohaerens fit apertissimus. Ac parum mihi temperavi quin ita edi curassem. Nihil enim facilius accidere potuit, quam ut integer versus a librario omissus, dein margini additus, ab eo qui postea rursus descripsit, uno ordine serius quam par erat, fuerit insertus. Sed quia & alio modo potest sanari, ut mox post Cl. *Gesnerum* dicam, nihil in contextu mutare sum ausus. *J.F.R.*

Ibid. Πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας] Non bene ista contimuantur, πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν σοὶ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, *Primus artis medicae, quam ego didici, fructum percepisti* o pater, *nihil habens a te ad discendum* filius. Nec est, quod dicas, nominativum hic poni pro genitivo consequentiae: nihilo enim minus contorta erit, & minime Lucianea oratio. At erit digna Luciano, si deleta unica literula, quam librario deberi puto, sic legamus & interpungamus, Καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Οὐδὲν σοὶ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. Τίνα διδάσκαλον κ. τ. λ. Hoc certe in interpretando secutus sum. Nec obscura fuit cuiquam sententia. *J.M.G.*

Πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας] Non inficior emendationem a Cl. *Gesnero* propositam ita corrigere vulgatam, ut sensus sic melior prodeat; nec dubitarem sic edere, si filius adhuc discens inducatur; sed cum non amplius sit discipulus, at jam in arte magister, magis naturalis & simplex fit oratio *Gujeti* more in ordi-

torum. Pro his igitur uti arte mea poſtulas, & dominus eſſe eorum, quae ſuppeditata mihi ſunt, cum dominus non eſſes. Satis habeto, ſi quid tibi prius ultro, cum nihil deberem, benefeci, cum nullam, nedum hujusce *tanti muneris*, gratiam poſſem repoſci.

25. Non ſane debet beneficentia mihi mea neceſſitas reliquo tempore fieri, neque, quod volens bene merui, cauſſa conſtitui, cur invito imperari poſſit: neque illa conſuetudo exiſtere, ut qui ſemel aliquem ſanaverit, omnes in perpetuum curet, quotquot is, qui curatus eſt, voluerit. Alioquin dominos ea ratione in nos conſtituerimus quos curamus, & mercedem ultro ipſis dederimus, ſerviendi illis, & quidquid imperent miniſtrandi: quo quid fieri poſſit injuſtius? Quoniam te difficili adeo morbo laborantem ſuſcitavi, propter ea licere tibi putas abuti arte mea?

26. Haec haberem dicere, etiam ſi ea mihi iſte imperaret, quae poſſem; ego vero nec omnibus omnino, neque *ut* neceſſi-

κείων, καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν. ἀντὶ τούτων τοίνυν χρῆσθαί με τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ δεσπότης εἶναι θέλεις ᵈ ὅτ' οὐκ ἦσθα δεσπότης, παρορισμένων. ἀγάπα, εἴ τι σε καὶ πρότερον ἐκὼν οὐ προφείλων, εὖ ἐποίησα, μηδεμίαν μηδὲ ᵉ τῆ γε χάριν ἀπαιτεῖσθαι ᶠ δυνάμενον.

Οὐ δὴ δεῖ τὴν εὐποιΐαν τὴν ἐμὴν, ἀνάγκην ἐς τὸ λοιπόν μοι γενέσθαι, οὐδὲ τὸ, ἑκόντα εὐεργετῆσαι, ἀφορμὴν τοῦ ἄκοντα κελεύεσθαι καταστῆναι, οὐδ' ἔθος ὑπάρξαι τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον, πάντας ἐς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ. ἐπεὶ δεσπότας ἂν οὕτω καθ' ἡμᾶς εἵημεν τοὺς θεραπευομένους κεχειροήθητότες, καὶ μισθὸν ᵍ τὸ δουλεύειν αὐτοῖς, καὶ τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν ʰ προδεδωκότες· εἴ τί γένοιτ' ἂν ἀδικώτερον; διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς οὕτως ἀνέστησα; ἆρα τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι καλαχρῆσθαί με τῇ τέχνῃ.

Ταῦτα μὲν ἦν εἶχον ἂν λέγειν, εἰ καὶ δυνατά μοι οὕτος προσέταττεν. ἐγὼ δὲ μὴ πάντως ἅπασι, μηδὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπήκοον. νῦν

ᵈ Ὅτ'] Ὡς *Vorſt.* male. Vulgatum tuentur *J. Fl. B2. H. P. S.* ᵉ Τῇ γε] Sic *J. Fl. B2. P. S.* &c. Τότε P. & L. & marg. *A1.* ᶠ Δυνάμενον] Nihil ſe varietatis hic reperiſſe teſtatur *Solanus.* ᵍ Τὸ δουλεύειν] Τῷ δουλ. P. L. & marg. *A1.* ʰ Προδεδωκότες] Sic Edd. omnes & Cod. P. Προδεδωκότας *Fl.* Προδεδωκότας *Gron.* Προσδεδωκότες marg. *A1W.*

dinem redacta. At ſi ordinem inverti non placet, pro ἴσχον poſſis legere, παρέσχον. Nam τὸ ΠΑΡ facile omitti potuit propter ſatis prope praecedens παρὰ. Ita ut παρέσχον tum ad patrem pertineat, ſenſusque ſit: *primus artis meae fructum percepiſti; nihil a te* (de tuo) *ad diſcendum praebens.* Παρὰ enim ſic uſurpari, T. I. jam diximus, & *Perizon.* ad Ael. V. H. 2. 13. med. laudavimus; ubi is παρὰ τοῦ Ἀνύτου docet ita exponendum, *ea quae ab Anyto profecta ſunt.* Habes hic, Lector, tres conjecturas; tu elige *Geſneri* aut *Guietii* emendationem, quas meae praepono. *J. F. R.*

89. Ὅτ'] Videtur *Vorſtius* illud ὅτ' accepiſſe pro ὅτι poſitum, ideoque correctionem quaeſiviſſe. Sed eſt pro ὅτε, *cum, quando*, poſitum, & rectius quam ὅτε de tempore enim quaeſtio hic eſt. *J. F. R.*

92. Τῇ γε] Pro hoc τότε habent P. & L. ſed ne tum quidem recte ſe habet hic locus. Ego δυνάμῳ legendum cenſeo; neque vulgatam repudio. *M. du S.*

Ibid. Ἀπαιτεῖσθαι δυνάμενον] *Repoſcere poſſem.* Verte, *repoſci.* *F. G.*

93. Δυνάμενον] Δυνάμῳ legendum putabam, ut ad patrem referatur. Hic enim eſt, qui gratiam repetere non poterat, non filius. Sed idem efficitur, ſi ἀπαιτεῖσθαι non media voce, ſed paſſiva accipiatur, cujus rei exempla in promtu ſunt. *J. M. G.*

3. Τὸ δουλεύειν] Etſi primo intuitu multum adblanditur lectio codicum τῷ pro τὸ exhibentium; vulgatam tamen Editt. lectionem praetulerim; non modo quia mox καὶ τὸ iterum ſequitur, ideoque prius τὸ neceſſario etiam retineri neceſſe eſt; ſed etiam, ſi & alterum τὸ in τῷ mutaſſent iidem codices. *J. F. R.*

Ibid. Τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προδεδωκότες] Neceſſario legendum προδεδωκότες. *J. G.*

4. Προδεδωκότες] In nota Cl. *Gronov.* antea editum erat, eum velle προσδεδωκότες; quod tamen eum operarum tantum culpa admiſſum lit, & in variantt. & in ejus nota mutavi in προσδεδ. Ac fateor non diſplicere ejus conjecturam. *J. F. R.*

νῦν δὲ ἤδη σκέψασθε καὶ οἷά ἐστιν αὐτῶ τὰ ἐπιτάγματα· ἐπεὶ γὰρ ἐμὲ ἰάσω, φησὶ, μεμηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ὅμοια πάσχει (τοῦτο γὰρ οἴεται) καὶ τἄλλα ὁμοίως ἀπέγνωσται, δύνασαι δὲ σὺ πάντα ὡς ἔδειξας, ἰῶ καὶ ταύτην, καὶ ἀπάλλαττε ἤδη τῆς νόσου. τοῦτο δὲ ὑπωσὶ μὲ ἁπλῶς ἀκοῦσαι, πάνυ εὔλογον ἂν δόξειε, καὶ μάλιστα ἰδιώτη, καὶ ἀπείρω ἰατρικῆς. εἰ δέ μου ἀκούσεσθε ὑπὲρ τῆς τέχνης δικαιολογουμένου, μάθοιτ' ἂν ὡς οὔτε πάντα ἡμῖν δυνατά ἐστιν, οὔθ' αἱ τῶν νοσημάτων φύσεις ὡσαύτως πλήσιοι, οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτὰ ἐπὶ πάντων ἰσχυρὰ, καὶ τότ' ἔσται δῆλον, ὡς πολὺ τοῦ μὴ βούλεσθαί τι, τὸ μὴ δύνασθαι διαφέρει. ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μηδ' ἐξαγώνιον, μηδ' ἀλλότριον, ἢ ἄκαιρον ἡγήσησθε τὸν περὶ τῶν τοιούτων λόγον.

Πρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσεις, καὶ κράσεις οὐχ αἱ αὐταὶ, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνεστάναι ὁμολογῶνται. ἀλλὰ τὰ μὲν τῷδε, τὰ δὲ τῷδε, μᾶλλον ἢ ἔλαττον μετέχει. καὶ λέγω τοῦτο [a] ἔτι περὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα, ἢ ὅμοια, οὔτε τῇ κράσει, οὔτε τῇ συστάσει, διάφορα [b] γὰρ δὴ καὶ μεγέθει, καὶ εἴδει, ἀνάγκη καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς· καὶ τὰ μὲν, εὐίατα εἶναι, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἀναπεπταμένα, τὰ δὲ, τέλεον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἁλισκόμενα, καὶ χειρὶ κράτους τοῦ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα. τὸ τοίνυν οἴεσθαι

tare *coactus*, parerem. Nunc vero jam considerate etiam, qualia sint istius imperia. *Cum enim me sanaveris*, inquit, *furiosum; furiosa autem sit etiam uxor eodemque modo affecta*, sic enim arbitratur, *& ab aliis similiter deposita; possis autem tu omnia, quod ostendisti: sana hanc etiam, & morbo libera.* Hoc autem si ita simpliciter audias, rationabile omnino videatur, indocto praesertim, & medicinae imperito. Si vero me audieritis causam pro arte dicentem, intelligetis, neque omnia esse in nostra potestate, neque naturas morborum esse similes, neque curationem eandem, neque eadem medicamenta valida ad omnia. Et tunc apparebit, quantum distent, non velle aliquid, &, non posse. Sed ferte me de hisce rebus philosophantem, nec ineptam, aut evagantem extra causam, aut alienam aut intempestivam earum rerum disputationem oputate.

27. Ac primum quidem naturae corporum ac temperaturae non sunt eaedem, licet maxime similibus ea constare *elementis* notum sit; sed illorum alia aliorum majorem minoremve partem habent. Et loquor adhuc de solis virorum corporibus: cum neque haec paria omnibus aut similia sint, neque temperatura, neque consistentia; diversos sane & magnitudine & specie morbos in illis existere necesse est: & alia quidem sanatu esse facilia, & curationi opportuna; alia autem plane desperata, quae & capiantur facile, & vi a morbis superentur. Putare igitur febrim omnem, aut tabem, aut

a Ἔτι] Εἴτι *Fl.* male. Ἔτι cett. & P. b Γὰρ] Ex *J.* & marg. *A1.* restitutum. Deest enim in reliqq. Edd.

28. Ἐξαγώνιον] Ἤτοι ἔξω τοῦ ἀγῶνος.

38. Γὰρ] Ed. *Junt.* sola hanc vocem exhibet. *M. du S.*

41. Τὰ δὲ — ῥ. ἁλισκόμενα] De corporibus intelligе, non de morbis. Ἁλισκόμενα quod attinet, vide infra c. 28. εὐαλωτότερα. *M. du S.*

42. Ἁλισκόμενα] Καὶ ἁλαμβανόμενα, κρατούμενα, ἢ πικράμενα. P.

54. Ἀναφύσται] Ratio postulat, ut, Mf. volente, legas, ἀναφύσοι) εὐθαλὴς εἶμαι καὶ εὐτροφὴς; καὶ πολύκαρπος καρπὸς. proveniet, puto, *fructus laetus, bene nutriens, copiosus*, non ἀναφύσται. ut editi; mox idem codex περὶ τὰ νόσου διαφορᾶν pro vulgato διαφθορᾶς. recte,

&

aut pituitosum morbum, aut furorem, unum eundemque esse in omni corpore, genere similem, non est hominum prudentium, qui rationes harum rerum subduxerint, & exquisiverint. Verum idem morbus in hoc sanatu facilis est, in alio non item. Quemadmodum, puto, triticum si idem in diversos agros spargas, aliter in campestri & profundo, & irriguo, & aprico, & bonis ventis opposito, & culto, enascetur; laetum puto, & pingue; & fructus inde multiplex: aliter autem in monte, & lapidoso tenuique solo; aliter in eo quod solem non habet, aliter ad montis radices, & in universum pro locorum diversitate diversimode. Sic vero etiam morbi pro locis, qui eos suscipiunt, aut facile augescunt ac nutriuntur, aut minuuntur. Hoc igitur praeteriens pater, ac universum inexploratum relinquens, postulat furorem omnem, in quocunque sit corpore, similem esse, & parem ejus curationem.

28. Praeter haec vero tot ac tanta, illud etiam facile est ad intelligendum, corpora muliebria, multum a virilibus distare, tum ad morbi differentiam, tum ad spem vel desperationem curationis. Virorum quippe corpora solida, nervosa, laboribus & motionibus, & subdiali victu exercitata: altera vero soluta, mollia, in umbra nutrita, alba sanguinis & caloris defectu, & humoris multi affluentia; magis proinde, quam sunt virilia, obnoxia & ex-

πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθόην, ἢ πνευμονίαν, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τ αὐτὴν ἔσαν τῷ γένει, ὁμοίαν ὅτι παντὸς εἶναι σώματος, ὑ σωφρονούντων, οὐδὲ λελογισμένων, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξητακότων ὅστις ἀνθρώπων· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐν μ τῷδε, ῥᾴδιον [c] ἰᾶσθαι, ἐν δὲ τῷδε, οὐκ ἔτι ὡσαύτως, οἶμαι, ὑ πυρὸν, ἢν τ αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλῃς, ἄλλως μὲν ἐν τῇ πεδινῇ, καὶ βαθείᾳ, καὶ πολιζομένῃ, καὶ εὐηλίῳ, ὑ εὐηνέμῳ, καὶ ἐξειργασμένῃ, [d] ἀναφύσει, εὐθαλὴς, οἶμαι, καὶ εὔτροφος, ὑ πολύχους καρπὸς, ἄλλως δὲ ἐν ὄρει, ὑ λιθώδει γηδίῳ, ἄλλως δὲ ἐν δυσηλίῳ, ἄλλως δὲ ἐν ὑπωρείᾳ, καὶ ὅλως, διαφόρως καθ' ἑκάστους τόπους. οὕτω δὲ καὶ τὰ νοσήματα πρὸς τοὺς ὑποδεξαμένους τόπους, ἢ εὔφορα, ἢ εὔτροφα, ἢ ἐλάττω γίγνεται. τοῦτο τοίνυν ὑπερβὰς ὁ πατὴρ, καὶ ὅλον ἀνεξέταστον καταλιπὼν, ἀξιοῖ πᾶσαν μανίαν τ ἐν ἅπασι σώμασι, ὁμοίαν εἶναι, καὶ τ θεραπείαν ἴσην.

Πρὸς δὲ τούτοις τοσούτοις οὖσιν, ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει, πρός τε νόσου [f] διαφοράν, καὶ πρὸς θεραπείας ἐλπίδα, ἢ ἀπογνῶσιν, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ τ ἀνδρῶν εὐπαγῆ, καὶ εὔτονα, πόνοις, καὶ κινήσεσι, καὶ ὑπαιθρίῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα, τὰ δὲ, ἔκλυτα, ὑ ἀσυμπαγῆ, ἐν σκιᾷ τεθραμμένα, ὑ λευκὰ αἵματος ἀδείᾳ, ὑ θερμῶν ἀπορίᾳ, καὶ ὑγρῶν πλειόνων ἐπιῤῥοίᾳ· εὐαλωτότερα τοίνυν τ ἀνδρείων, ὑ ταῖς νόσοις

[c] Ἰᾶσθαι] Et sic habere Edd. principes, notat *M. du S.* [d] Ἀναφύσει] Ita restitui ex *F.* & *L.* Ἀναφύσεως enim male *Fl. Ald. H. Ba. Fr. P. S. A.* [e] Εὐθαλὴς] Sic recte *Ald. Ba. H. P. S.* & P. Εὐσταλὴς male *F.* & *Fl.* [f] Διαφορὰν] Ita restitutum ex Cod. P. & *Ba.* ac marg. *AIW.* Διαφθορὰν enim cett. male habebant.

& *ratione diversitatis morbi*, quia diversi longe *sunt morbi muliebres, & viriles.* *F. G. G.*

Ἀναφύσει] Sic praeter Mf. Gr. L. etiam Editio *Junt.* vide *Zevξ.* c. 2. *M. du S.*

55. Εὐθαλὴς] Si quis dubitet, num injuria fiat Editionibus principibus *Fl.* & *F.* in rejicienda earum lectione εὐσταλὴς, conferat supra *Zeux.* c. 4. pr. & infra *de Dom.* c. 4. aliaque. *F. F. R.*

68. Διαφορὰν] Mf. Gr. P. & *Ba.* Alii omnes libri Διαφθορὰν, prave. *M. du S.*

76. Εὐαλωτότερα] Confer supra c. 27. *M. du S.*

σοις [a] ἐκκείμβα, ϗ τ ἴασιν ὲ ῥᾳθυμόνα, ϗ μάλιστα πρὸς μανίας εὐχερέστερα. ἅτε γ πολὺ τὸ ὀργίλον, ϗ κοῦφον, ϗ ὀξυκίνητον ἔχουσαι, ὀλίγην δὲ τ τῶ σώματ ἀυτῶ δύναμιν, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθ τοῦτο καλολιθαίνουσιν.

Οὐ δίκαιον τοίνυν πᾶ τ ἰατρῶν τ ὁμοίαν ἐπ' ἀμφοῖν θεραπείαν ἀπαιτεῖν, εἰδότας ὡς πολὺ [b] τῦ μέσου, βίῳ παντὶ, ϗ πράξεσιν ὅλαις, ϗ πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς κεχωρισμένων. ὅταν τοίνυν λέγῃς, ὅτι μέμηνε, προστίθ ὅτι ϗ γυνὴ ὖσα μέμηνε· καὶ μὴ σύγχει ταῦτα πάντα τ τ μανίας ὑπάγων ὀνόματι, ἑνὶ ϗ τ αὐτῷ δοκοῦντι· ἀλλὰ χωρίσας ὥσπερ ἔστ ϗ [c] ἐν τῇ φύσ, τὸ δυνατὸν ἐφ' ἑκάστ σκόπ. ϗ γ ἡμεῖς, ὅτ ἐν ἀρχῇ τ λόγων εἰπὼν μέμνημαι, τοῦτο πρῶτον ἐπισκοποῦμεν, φύσιν σώματ τοῦ νοσοῦντ, ϗ κράσιν, ϗ τίν πλείον μετέχει, ϗ εἰ θερμότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀκμάζον, ἢ παρηκμακὸς, ϗ μέγα, ἢ μικρὸν, ϗ πιμελὲς, ἢ ὀλιγόσαρκον, ϗ πάντα τὰ τοιαῦτα. ϗ ὅλως ἄν τις αὐτὰ προεξετάσῃ, πάνυ ἀξιόπιστ ἂν εἴη, ἐπιγινώσκων τι, ἢ ὑπιχνούμεν.

Ἐπεὶ ϗ τ μανίας αὐτῆς μυρία εἴδη ἔστ, ϗ παμπόλλους ἔχ τὰς αἰτίας, καὶ οὐδὲ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ὁμοίας. ὁ γ ταυτὸν φρονεῖν, ϗ παραφρονεῖν, ϗ λυττᾶν, καὶ μεμηνέναι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῦ posita morbis, & curationem non sustinentia, & ad furores praesertim magis inclinata. Cum enim multum iracundiae habeant & levitatis, & valde sint irritabiles, corporis autem parum robusti, facile in hunc morbum labuntur.

Μολυβδαίνας] Ut hic μολυβδαίνας, ita etiam infra in *Lexiph.* c. 5. eod. modo Edd. habent. Μολυβδίνας legendum notarat *Solanus*, sine auctoritate; utitur quippe *Hom.* Il. Ω. 80. Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἐικέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν. Quod Scholiast. interpretatur μολυβδίνῃ, ἁρμυρᾷ. At substantive ponitur apud *Homerum.* Revera tamen adjectivum esse, patet ex aliis significationibus, ut cum pro plumbeis vasis sive ollis usurpatur, quod ex *Athen.* docet *Stephanus.* Et an non adjective usurpat noster infra, l. c? Quidquid sit, etsi μολυβδίνας hic usitatius esset, ego nihil mutare ausim. *J. F. R.*

49. Καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι] Petronius: *Ipse pater veri, doctus Epicurus in hortis.* Plura testimonia congessi ad *Laërtii* Epicurum. *AE. M.*

52. Ἄτεγκτος] Sic rursus infra utitur *Dial. Meretr.* XII. *M. du S.*

57. Τοὺς περὶ Λέπιδον] Non debuit verti eos, qui cum Lepido erant, sed ut mutavimus, Lepidum ipsum. Nota est Phrasis. Sed quis ille Lepidus? Romanusne magistratus, an Philosophus; aut privatus sed doctus tamen? De eodem c. 43. *M. du S.*

ὅτε τ πωιῆσαι πρὸς χαιρὸν αὐτῷ δυνησόμενον. μεμφομένῳ γ αὐτῷ τομάχῃ ὀδύνην, προτάξαι βελόμενον ὕειον πόδα μὴ μαλάχης ἐσκευασμένον ἐδίειν, ὅτως ἔφη,

Μάλβακα χοιρείων ἱερῇ κυμίνευε σιπύδνῳ.

Πολλάκις [a] μέν, ὡς προεῖπον, ἔδειξε τ δράκοντα τοῖς δεομένοις, οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τ οὐρὰν μάλιστα· καὶ τὸ ἄλλο σῶμα προβεβληκὼς, τὴν κεφαλὴν δὲ ὑπὸ [b] κόλπῳ ἀθέατον φυλάττων. ἐθελήσας δὲ καὶ μειζόνως ἐκπλῆξαι τὸ πλῆθος, ὑπέσχετο καὶ λαλοῦντα παρέξειν τ θεὸν αὐτὸν, ἄνευ ὑποφήτου [c] χρησμῳδοῦντα. εἶτα ὑ χαλεπῶς γε μάνων δέτηρίας συνάψας, καὶ διὰ τ κεφαλῆς ἐκείνης τ μεμηχανημένης πρὸς ὁμοιότατα διείρας, ἄλλου τινὸς ἔξωθεν ἐμβοῶντος, ἀπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τ φωνῆς διὰ

lidum, nec inveniret, qui in tempore illud facere ſibi poſſet. Querenti enim illi ventriculi dolores, cum comedendum imperare vellet ſuillum pedem, cum malva paratum, ſic dixit,

Malvaca porcinae ſacrato vaſe cumina.

26. Saepe quidem, ut dixi antea, oſtendit draconem rogantibus, non totum, ſed caudam maxime & reliquum corpus protendens, caput autem in ſinu, ubi videri non poſſet, occultans. Cum vero magis percellere multitudinem vellet, promiſit ſe loquentem etiam Deum illis praeſtiturum, oracula reddentem ſine vatis excipientis miniſterio. Commiſſis deinde non difficulter gruum arteriis, & per caput illud, ad ſimilitudinem humani fabricatum, transmiſſis, alio quodam extra inclamante, ad interrogata reſpondit, voce per linteum illum

a Μὲν] Μιν ἐν marg. *AIIV.* b Κόλπῳ] Κόλπον marg. *AIIV.* c Χρησμῳδοῦντα] Nihil hic, neque bis cap. praeced. in hoc verbo variare Edd. vett. notarat *M. du S.*

67. Μάλβακα] Ῥωμαϊστὶ μάλβαν τὴν μαλάχην καλοῦσι. *G.*

78. Διείρας] Διείρων, ἐπιβάλλω. *G.*

67. Μάλβακα] A malva Latino *málba*, *malbacus*, *malbax*. *AE.M.*

Μάλβακα] Ne quis temere damnet verſiculum Latinum, quem licet abſurdum, ſic ſatis putamus ob id ipſum reſpondere Graeco, qui nempe ab ipſo auctore ut ridiculus & nullius ſenſus proponitur. *Μάλβαξ* forte eſt ex Latino, *Malvaceus caulis*, ut *pes betaceus* &c. Χοίρεια intellige *χρία*, ut *σκιλάκεια* & id genus alia: *κυμινεύειν* fictum verbum, cui reſpondet *cuminare* h. e. cumino adſpergere vel condire: *σίπυδνον* fictum puto ex *σιπύη*, quae arcam aut vas quodcumque farinae adſervandae notat apud Ariſtophanem. Licuit oraculo in *κυμινδύα* alteram corripere; nec nobis vitio vertetur ipſius *malvaca* media correpta retinere. Sequuntur, & jam adfuere, plura id genus oracula, in quibus, ſi fidem interpretis praeſtare debemus, non, quid recta ratio poſtulet, vel poëſis, videndum eſt, ſed quid Graecis reſpondeat. Itaque poſſumus interdum verſiculos multum deteriores his, quos dederat *Eraſmus*, ſed melius nos hac quidem parte functos officio putamus. *J. M. G.*

Μάλβακα] *Menagii* notam plane iisdem verbis in *F. Gujeti* Mſſ. invenio. *J. F. R.*

72. Μειζόνως] Confer ſupra c. 8. f. *M. du S.*

75. Γερανον] Simili artificio callidus Anglus, quem ipſi vidimus, *Thomas Irſonus*, caput ligneum loquax concinnarat, quo, ut ipſe narrabat, tota Caroli II. aula, & Rex ipſe viſo obſtupuit. Immurmurabat ſpectatorum aliquis ori iſtius capitis hianti verba, quae in buccam venerant, quacumque libitum erat lingua; quo facto mox reſponſum eadem lingua & ad rem accommodatiſſimum ex ligneo capite reddebatur. Percrebuerat jam per totam urbem monſtri fama. Frequentes ad tantae rei miraculum, data pecunia quisque, advolant. Nec dubium quin brevi de rebus arcanis futurisque tam doctum caput conſulendum fuerit (quidni enim lignum loquax & futura & arcana pandere valeat?) Cum ſubito adoleſcens ex nobilium famulitio, qui tum ſpectabant, in proxime adjacens cubiculum irrepens hominem oſtubo admoventem, & clamantem conſpicit; neque ullis muneribus & promiſſis deterreri poterat, quin tantum arcanum divulgaret. Innotuit itaque fraus, & patuit ſacerdotem pontificium, multarum linguarum hominem capiti oracula, auditis per tubum e conclavi proximo quaeſtionibus, dictaſſe, & revera inſpiraſſe. Rem totam *Irſonus* ipſe ante aliquot annos viro nobili, me audiente, narrabat. *M. du S.*

76. Ἀρτηρίας] Intellige *aſperas arterias*, i. e. guttura, fiſtulas cartilaginoſas reſpirationi inſervientes. Sic enim uſitata vox Medicis. Vid. *Foëſ.* Oecon. Hippocr. voc. Ἀρτηρία. *J. F. R.*

78. Διείρας] Conf. infra *Toxar.* c. 33. *M. du S.*

84. Ὁ γοῦν Σόλωνι δοθεὶς ὑπὸ τ ἐς Ἀρμῆν σιτόδου]

lum Aeſculapium accidente. Vocabantur oracula iſta vocalia, nec reddebantur omnibus, neque pro lubitu, ſed veſtitis magnifice, & locupletibus, & magna munera offerentibus.

27. Itaque illud Severiano datum, de ſuo in Armeniam introitu, e vocalium numero ipſum quoque fuit. Adhortans illum ad impreſſionem *faciendam*, ſic dixerat:

Parthosque Armeniosque haſta domiture furenti,

Urbem ad Romanam Tiberisque fluenta redibis,

Permixta radiis lauro tua tempora vinctus.

Deinde cum perſuadere ſibi paſſus ſtolidus ille Gallus, irruptionem feciſſet, ſed male

ὅτῳ ὀθονίνῳ ἐκείνῳ Ἀσκληπιῷ προσπιπτούσης. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ χρησμοὶ οὗτοι αὐτόφωνοι, καὶ οὐ πᾶσιν ἐδίδοντο, οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς εὐπαρύφοις, καὶ πλουσίοις, καὶ μεγαλοδώροις.

Ὁ γοῦν [d] Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου, τῶν αὐτοφώνων καὶ αὐτὸς ἦν. προτρέπων δ' αὐτὸν ὅπως τὴν εἰσβολὴν, οὕτως ἔφη·

Πάρθους Ἀρμενίους τε θοῷ ὑπὸ δουρὶ δαμάσας,

Νοστήσεις Ῥώμην, καὶ Θύμβριδος ἀγλαὸν ὕδωρ,

Στέμμα φέρων κροτάφοισι μεμιγμένον ἀκτίνεσσιν.

Εἶτ' ἐπειδὴ πεισθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς, εἰσέβαλε, καὶ ἀπήλλαξεν, αὐτῇ γρα-

[d] Σευηριανῷ] Sic jam Edd. *J. Ald. H. P. S.* &c. Cum ante in *Quom. Hiſt.* c. 21. Σεβηριανῷ vel Σεβειριανῷ haberent.

δου] Num de *Severiano* intelligendum illo, qui ab Hadriano nonagenarius cæſus fuit, de quo *Dio* in Hadriano? non puto. Nam ſub Trajano floruit, ante ejus impoſtoris tempora, & hic paulo poſt Gallus, Κελτὸς dicitur, & mortuus eſt, ut videtur, in ea expeditione, ut videtur innuere paucis lineis inferius; ἐπεὶ πεισθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς εἰσέβαλλε, καὶ ἀπήλλαξεν αὐτῇ στρατιᾷ ὑπὸ τῶν Ὀθρυάδου καλουμένων. Nam hæc voces, ἀπήλλαξεν, καλουμένων, non mihi videntur aliter poſſe intelligi, quam de ejus clade & morte; hanc autem expeditionem nullus, quod ſciam, antiquorum memoravit, niſi forte aliquid muſſitavit de ea *Capitolinus* in Vero, & *Dio* in Marco, qui, ut puto, de eo negotio pluribus tractaverat, quæ ſuppreſſit *Xiphilinus*, & de hac expeditione intelligenda ſunt hæc *Capitolini* verba de *Vero* Imperatore: *nam cum interfecto legato, caſis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus oriens vaſtaretur, ille in Apulia venabatur, & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat — duces autem confecerunt Parthicum bellum Statius Priſcus & Avidius Caſſius & Martius Verus* [per] *quadriennium. Ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vindicarent.* Tempus concordat, & Armenia vindicata, eam fuiſſe Romanis ablatam antea innuit. Ex hoc igitur Luciani loco illuſtratur *Capitolinus*; & nomen legati adjiciendum, qui fuit *Severianus Celsa*, & nomen ducis Perſarum *Othryades*, quod tamen Græcum ſonat: & non dubito aliter apud Perſas expreſſum fuiſſe; ſed mos fuit Græcorum omnia barbara nomina ad ſuum ſonum accommodare. *J. P. a G.*

Ὁ γοῦν Σεβηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰς Ἀρμενίαν εἰσόδου] Hæc melius illuſtrantur ex tractatu, quomodo ſcribenda ſit hiſtoria, ubi memorantur *Severianus* & *Priſcus*. *M. V. la Croze.*

Ibid. Σευηριανῷ] Aliter ſcribitur hoc nomen in Συγγρ. c. 21. &c. Sed variationis ratio doctis ſatis nota, quia ſcilicet *v.* conſonantem litteram ignorant Graeci, ſaepe per Y. exprimunt. Saepius per B; eandem non raro etiam per diphtongum ευ. Eundem autem virum eſſe, cujus nomen tam varie ſcribitur, res ipſa clamat. Vide tamen, quae hac de re vir eruditiſſimus *Palmerius* affert. Sed in ea nota nolim a tanto viro maculam inuſtam *Xiphilino*, quaſi quae apud *Dionem* legerat, data opera ſuppreſſiſſet: ſic enim ipſe ſui vindex *Xiphilinus* in Antonino Pio, ὁ σώζεται δὲ ὐδὲ τῷ μὴ Ἀντωνῖνον ἄρξαντα Μάρκου βίβλου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων ὅσα περὶ τὸν Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱὸν, ὃν ὁ Μάρκος γάμβρον ἐποιήσατο, ἔπραξεν αὐτὸς, καὶ ὅσα ὕστερος ὑπὸ τοῦ πατρὸς πεμφθεὶς ἔδρασε. Quem locum eo libentius hic deſcriptum voluimus, ne ſocordiae noſtrae imputetur, ſi in multis, quae Luciani tempora ſpectant, & res in iis geſtas, obſcuri aliquid inveniatur. Noſtrum enim divinare non eſt, ubi ſilent hiſtoriae. Obſervandum autem hinc imprimis eſt, initio jam imperii *M. Aurelii* clarum fuiſſe Alexandrum, cujus oracula tanta de re conſuleretur. Paullo poſt tamen innuere videtur, nondum tunc Romae inclaruiſſe oracula c. 30. *M. du S.*

93. Ἀκτίνεσσιν] Conſulendi hac de re curioſi noſtrae aetatis nummorum ſcrutatores. Nec audiendi tamen qui aſſerunt divinitatis ſignum eſſe coronam radiatam. Id enim non ubique ſaltem obtinuiſſe, vel hic locus

a στρατιᾷ ἐπὶ τῦ Ὀθρυάδυ καλαχοπεὶς, τῦτον μὶ τ χρησμὸν ἐξαιρεῖ ἐκ τ ὑπομνημάτων, ἐντίθησι δ' ἄλλον ἀντ' αὐτῦ·

Μὴ σύγ' ἐπ' Ἀρμενίυς ἐλάαν στρατὸν, ὐ γὰ ἄμεινον,
Μή σοι θηλυχίτωνος τις ἀνὴς τόξυ ἄπο λυγρὸν
Πότμον ὀπιπροϊεὶς, σαύσῃ βιότοιο φάος τε.

Καὶ γὰ αὖ κ τῦτο σοφώταλον ἐπενόησε, τὺς μέλαχρονίυς χρησμὺς ὅπ θεραπείᾳ τ κακῶς προλεθεσπισμένων. πολλάκις γὰ τοῖς μὶ νοσῦσι, πρὸ τ τελευτῆς, ὑγίειαν ἐπηγγέλλελο, ἀποθανόντων δὲ, χρησμὸς ἄλλος ἕτοιμος ἦν παλινῳδῶν,

Μηκέτι δίζησθ νύσοιο λυγρῆς ἐπαρωγήν·
Πότμος γὰρ προφανὴς, ὐδ' ἐκφυγέειν δυνατόν σοι.

Εἰδὼς δὲ τὺς ἐν Κλάρῳ, κ Διδύμοις, κ b Μαλλῷ, κ αὐτὺς εὐδοκιμῦντας ὅπ τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ ταύτῃ, φίλυς αὐτὺς ἐποιεῖ-

ei (nam cum exercitu ſuo ab Othryade caeſus eſt) expeditio ceſſiſſet: hoc oraculum exemit e commentariis, poſuitque pro eo aliud:

Ducere in Armenios noli: nec enim bene cedet.
Ne tibi femineo vir amictu triſte per arcum
Immittens fatum perimat cum lumine vitam.

28. Nam illud quoque callidum fuit viri commentum, oracula poſt eventum facta, quibus emendarentur ea, quae male praedicta aberraverant. Saepe enim aegrotantibus ante mortem ſanitatem promiſerat: mortuis autem illis oraculum praeſto aliud fuit, quo prius retractaretur,

Auxilium triſti modo deſine quaerere morbo;
Nam fatum apparet, tibi nec vitare licebit.

29. Caeterum quod ſciret etiam Clarios, ac Didymaeos & Mallenſes celebrari ſimili vaticinandi arte, eos ſibi conciliavit, multis

a Στρατιᾷ] Ex correctione *Solani.* στρατίᾳ Edd. priores. b Μαλλῷ] Δίλῳ P. & marg. *AIW.* male.

ſolus evincet. *M. du S.*

96. Στρατιᾷ] Antea in omnibus legebatur στρατίᾳ corrupte, niſi quod *F.* στρατιᾷ habet. *M. du S.*

Ibid. Ὀθρυάδυ] Idem eſt qui in Συγγρ. c. 18. 19. 21. & 31. Oſroës dicitur, quod a viro docto miror non eſſe animadverſum. Neque enim tantum virum morata eſſet nominum diverſitas, cum vel ii norint, qui hiſtorias Graecorum tantillum delibarunt, ſaepe ſic variis modis nomina barbara Graeco habitu veſtiri, & ipſe hoc ipſo in loco obſervet. Osroës certe illic is dicitur, qui Severianum fudit, & in praelio occidit. c. 21. *M. du S.*

97. Ὑπομνημάτων] Mirum videri poſſit, auſum eſſe Alexandrum oracula ſua in commentarios referre; ſed & hoc dignitatem non exiguam, ab hujusmodi artifice dextro & ſubdole adminiſtratum Oraculo conciliabat, qui ſi quid contra quam in reſponſo ambiguo praedictum fuerat, cecidiſſe animadverteret, delebat illico, & perſpicuum jam, utpote re geſta, contrarium priori ſupponebat. *M. du S.*

2. Τόξυ] Verus itaque hic demum Severiani exitus, ſi non meminiſti, cum *de Conſcribenda Hiſt.* librum legeres, perlege quaeſo iterum, ut quibus mendaciis illam potiſſimum hiſtoriae partem adulteraverint ſtulti & inficeti homines, videas. Θηλυχίτων autem quod attinet, Parthorum veſtes innuit Medicis & Perſicis ſimiles, quae molliores merito apud Graecos Romanosque habebantur. V. in Dial. *Phil. & Alex.* ſeu N. Δ. XIV. *M. du S.*

14. Κλάρῳ, κ Διδ.] De Clario ſatis notum, Apollinis ipſius oraculum fuiſſe; unde & patrem vocat *Aeſculapius Glyco* v. tamen ſi lubet, in Δικ. c. 1. & *Orig.* c. Celſ. VIII. p. 333. Ejusdem Apollinis & oraculum ſequens Didymaeum ſcilicet. V. Ἀστρ. c. 23. & Δίκ. c. 1. Idem autem oraculum innuit Lucianus, aut potius Alexander ipſe, in oraculo quod paullo poſt ſequitur, βραγχίδαι ἀδύτοισι πελάζετε &c. ſed occurrit difficultas. Si enim *Suidam* adeas, in v. βραγχίδαι, videbis Branchidas prodito Xerxi Apollinis templo recepiſſe ſe in Aſiam ſub ejus ditione victuros; deinde poſt aliquot ſecula ab Alexandro Magno ob veterem majorum perfidiam exciſos. V. & *Curtium* VII. 5. Qui fit ergo, inquies, ut hic *Branchidae* memorentur? In promptu reſponſum eſt: non defuere veteratores, qui illud oraculum extinctum reſuſcitarent, & in ſedes vacuas venirent, qui antiquo nomine *Branchidae* hic dicuntur. Sed *Strabonem* adi, qui l. XIV. p. 634. a Mileſiis denuo conditam refloruiſſe ait. Vid. & XI. p. 518. Vid. etiam *Orig.* c. Celſ. p. 55, 1. De eo ſic *Olearius.* V. Ol. ad *Philoſtr.* p. 140. „ Notum „ illud oraculum Mileſium; oraculum olim Branchi„ darum appellatum, poſtea Didymaei Apollinis, ut „ *Plinius* habet. c. 29. τὸ ἐν Διδύμοις ἱερὸν dicitur *Stra„ boni* l. XI. p. 518. & μαντεῖον Διδυμέως τῷ ἐν βραγ„ χίδαις

tis eorum, qui ad se venirent eo ablegandis, dicens:

Jam Claron ito mei vocem patris auditurus:

& rursus:

Branchiadon adytis accede, oracula & audi.

& iterum:

Ad Mallum, Amphilochique auditum oracula vade.

30. Haec quidem intra terminos, usque ad Ioniam, & Ciliciam, & Paphlagoniam, & Gallograeciam. Cum vero in Italiam usque percrebuisset oraculi fama, & in Romanorum urbem incidisset; nemo fuit, quin alius prae alio festinaret; alii quidem venientes ipsi; alii vero mittentes alios: & in primis potentissimi, maximaque dignitate in civitate praediti. Primus horum & caput quasi Rutilianus fuit, vir caetera bonus & honestus, & in multis magistratibus Roma-

τo, πολλὺς τῶν προσιόντων πέμπων ἐπ' αὐτὸν, λέγων·

Ἐς Κλάρον ἴεσο νῦν, τοῦ πατρὸς ὡς ὄπ' ἀκούσῃ.

καὶ πάλιν·

Βραγχίδεων ἀδύτοισι πελάζεο, καὶ κλύε χρησμῶν.

καὶ αὖθις·

Ἐς Μαλλὸν χώρει, θεσπίσματά τ' Ἀμφιλόχοιο.

Ταῦτα μὲν ἐντὸς τῶν ὅρων μέχρι τῆς Ἰωνίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Παφλαγονίας, καὶ Γαλατίας. ὡς δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν διεφοίτησε τοῦ μαντείου τὸ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐνέπεσεν, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄλλος πρὸ ἄλλου ἠπείγετο· οἱ μὲν αὐτοὶ ἰόντες, οἱ δὲ πέμποντες, καὶ μάλιστα οἱ δυνατώτατοι, καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες· ὧν πρῶτος καὶ κορυφαῖος ἐγένετο Ῥουτιλλιανὸς, ἀνὴρ τἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς [c] πράξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασ-

[c] Πράξεσι] Restitutum ex C. P. L. & marg. A1. Τάξεσι Edd. priores.

καὶ ὠδαῖς. l. XIV. p. 634. Illud cum Colophonio oraculo etiam jungit Lucianus in *Pseudom.* & *Jamblich.* de myster. III. 13. ut & *Porphyrius* apud eundem, qui virgam tenentem, vel sedentem in axe, vel pedes aut limbum in aquam tingentem, vel ex aqua haurientem vaporem futura canere dicit προφήτιδα. Qui locus praeteritus *Bulengero*, &c. usque ad Licinii tempora hoc floruerit oportet, a quo illud consultum fuisse *Sozomenus* meminit; atque haec ea aetate sola erant clara oracula: obticuerat enim ferme Delphicus Apollo, V. c. 43. & *Plut.* 988. B. *M. du S.*

15. Μαλλῶ] Ibi oraculum erat Amphilochi temporibus illis clarum, ut hinc & ex loco *Xiph.* supra ad c. 19. allegato patet. *Paus.* in Att. 33. ἀψευδέστατον τὸ ἐμοῦ vocat. Agnoscit hoc oraculum *Bulengerus* p. 46. AG. VII. Sed idem aliud ejusdem Amphilochi oraculum ponit in *Mello Ciliciae*; non satis diligenter, cum haud dubie de hoc intelligi *Paus.* debeat, quem ibi laudat. *M. du S.*

34. Ὢν πρῶτος & κορυφ.] *Demosthenes* dixerit, ὢν μέσος, καὶ τιλόκαιος, καὶ πρῶτος ἐστὶν ὅστις, ut ait in Or. adv. Aristogit. p. 829. D. *J. F. R.*

35. Ῥουτιλλιανὸς] Dicit Rutilianum fuisse quidem virum egregium, sed superstitiosum. Ῥουτιλλιανὸς ἀνὴρ τἄλλα καλὸς & ἀγαθὸς, καὶ ὢν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. *Rutilianus vir alias quidem honestus & probus, tum compluribus in proeliis Romanorum spectatae virtutis*, sic interpres. sed Mf. ὢν πολλαῖς πράξεσι in multis rebus Romanorum, sive bello, sive domi gestis. *J. G. G.*

Ῥουτιλλιανὸς] Hujus apud Historicos mentionem nullam invenio; nisi forte idem fuerit, qui apud Xiphilinum in *M. Aur. Antonino*, *Rufus Basaeus* dicitur: sunt enim, quae ut id credam faciunt nonnulla. Quale est quod uterque videtur per omnes ordines ad summos tandem honores perveniisse: quod imperiti aeque & indocti: quod apud Imperatorem gratia uterque summa: denique quod nomen *Rufi Basaei* facile cogitari potest ex alio corruptum. Sed haec, ut ipse nolim ambitiose asserere, ita a lectore peto, ut mihi fraudi non sit, conjecturas proposuisse meas. *M. du S.*

37. Ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος] Indignissima interpretatio utriusque interpretis *compluribus in praliis Romanorum spectata virtutis.* Nam neque haec descriptio ad praecedentia accedit, in quibus de auctoritate in republ. & urbanis officiis agitur; nec Graeca talem sensum admittere possunt. Verte & *in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus versatus.* Eodem errore mox ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, uterque vertit *relicto exercitu, quem tenebat*, quum debuis-

ταραχώδη, τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν, καὶ ἀλλόκοτα περὶ αὐτοῦ πεπιστευκὼς, [a] καὶ εἰ μόνον ἀληλιμμένον τινὰ λίθον, ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ, καὶ προσκυνῶν, καὶ ὑπερφυῶς παρεστὼς, καὶ εὐχόμενος, καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτούμενος. ὅτε τοίνυν ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ χρηστηρίου, μικρῷ μὲ ἐδέησεν ἀφεὶς τὸν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, εἰς τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος ἀναπτῆναι. ἔπεμπε δ' ἂν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεμπόμενοι, ἰδιῶταί τινες οἰκέται ῥᾳδίως ἐξαπατηθέντες, ἐπανῆσαν, τὰ μὲ ἰδόντες, τὰ δὲ ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες διηγούμενοι, καὶ προσεπιμελοῦντες ἔτι πλείω

nis probatus: sed circa Deos *religiosè* quodam morbo laborans, & absurdas de iis persuasiones habens, qui si qua unctum lapidem aut coronatum videret, accideret statim adorandi caussa, multumque adstans vota faceret, bonaque ab illo peteret. Hic de oraculo cum audisset, parum aberat, quin mandato sibi munere relicto, ad Aboni castra advolaret: misit certe alios super alios. Missi vero *qui essent*, imperiti quidam servi, facile decepti post reditum, alia a se visa, alia tanquam visa & audita narrant, & plura his corollariorum instar ad-

a Καὶ] Abest a *Fl. P. Ald.* &c. Adest in *J.* & marg. *AsW.*

buissent loco vel munere, vel statione. Eadem tamen aberratione & Sponius, *Il faillit donc aquitter l'Armée, qu'il commandoit*, quum priora dubie reddidisset *qui s'étoit signalé en plusieurs occasions*. At clare phrasin suam exserit noster auctor in principio Macrobiorum, (c. 7.) ὧν ἵνα ἡ τυχὴ εἰς τὴν τελειοτάτην μεγάλου αὐτοκράτορος τυχὴν εἰς τὴν τελειοτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν &c. *J.G.*

Ibid. Τάξεσι] Vertitur *praeliis*. Verte *magistratibus*. *F.G.*

Τάξεσι] Ἀνὴρ τὰ μὲ ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς, καὶ οὐ πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐχρησάμενος. Pro τάξεσι MS. *Graevii* πράξεσι. Sed τάξεσι videtur proprium magis & conveniens, non ut cum Interprete proelia (nisi enim fallor, requireretur ὑπατικαῖς τάξεσι) sed varias dignitates intelligam cum optimo meo *Gronovio*. Huic Graecae Lucianeae phrasi conveniunt ista *Livii* XXXII. cap. 7. *Per honorum gradus documentum sui dantes*. *J.J.*

Πράξεσι] Vide *Herodian.* II. initio. Secutus sum autem scripturam G. P. & L. In impressis enim τάξεσι legitur. *M. du S.*

Πράξεσι] Quia *Soulius* noster jam sic mutaverat ex tribus Codd. & quartum quoque sic habere cognovi, quatuor Mss. hoc dandum censui, ut illorum consensum vulgatae praeferrem, in lectione, quarum utraque defendi potest. Πράξεις enim sic Herodiano dici, recte *Solanus* ait, cujus verba ex L. 2. c. 1. §. 9. addam: Ἦν δὲ ὁ Πέρτιναξ τὸ μὲ γένος Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι. Sed & bellica & *civilia negotia* πράξεις vocari ex eo loco patet, quod aliunde quoque satis notum. Si itaque non de bello ap. Lucianum est cogitandum; tamen πράξεις hic recte se habent, & de negotiis publ. possunt accipi; nam de bellicis eo minus putem accipiendum, quod Ῥωμαϊκαῖς additur, quod urbanis rebus magis proprium. Ἐξετάζεσθαι autem pro *studuisse* vid. *Schol. Thucyd.* II. c. 7. No. 69. *J.F.R.*

40. Εἰ μόνον] Vid. *Clem. Alex.* VII. Stromat. p. 302. v. 43. *M.V. la Croze.*

Ibid. Ἀληλιμμένον τινὰ λίθον] Vide *Clem. Alex.* VII. Strom. οἱ αὐτοὶ δὲ ὅτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὲ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Unde jam in proverbium abiisse constat. Meminit & *Apulejus* initio Floridorum, monente ad *Theophr. Char.* 295. Casaubono. Ipse *Theophrastus* superstitiosi hominis hoc esse ait p. 47. C. tangit & alibi noster; supra Ἐπισκ. c. 22. infra ἐκκλ. c. 12. *M. du S.*

Ἀληλιμμένον τινὰ λίθον] Conferri meretur cum hac Rutiliani descriptione principium *Floridorum Apulejì*, ubi habemus inter alia *lapidem unguine delibutum*. Sed nimirum huc pertinet tota de *Baetyliis* observatio. *J.M.G.*

53. Γήρᾳ] Mortuus est *Rutilianus* aut circa M. Aurelii obitum, aut imperante jam Commodo, & quidem septuagenarius (v. c. 34.) Quinquagenarius ergo *Rutilianus*, cum ad imperium accessere fratres *M. Aurelius* & *L. Verus*. Constat praeterea in nummo *Antonini* pii conspici Glyconem. Ex quibus omnibus id liquido evincitur, nondum senem fuisse Rutilianum, cum primum Romae innotuit Alexander; nisi ponas senes post 40. exactum annum dici. Certe ita hoc in loco, rationibus rite subductis, usurpasse deprehenditur Lucianus, si nummo aliqua fides. *M. du S.*

62. Καθ' αὑτοὺς] *De suis rebus futuris.* *F.G.*

Ibid. Ὁ δὲ] Intellige Ἀλέξανδρος. *F.G.*

63. Ξενίαις — ἐργαζόμενος αὐτῷ] Refert Auctor miram Alexandri Impostoris comitatem, & gratiam omnium, qui ad ipsum venirent, captandi artem dexterrimam. ὁ δὲ, inquit, τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, ξενίαις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς ἐργαζόμενος αὐτῷ. Puto scripsisse Lucianum, ξενίοις, ut infra c. 56.

adjiciunt, ut gratioſiores nempe eſſent apud dominum. Accendunt ergo miſellum ſenem, & in robuſtam illum inſaniam conjiciunt.

τούτων, ὡς ἐντιμότεροι εἶεν τῷ τοῦ δεσπότου. ἐξέκαιον γὰρ τὸν ἄθλιον γέροντα, καὶ εἰς μανίαν ἐρρωμένην ἐνέβαλλον.

31. At ille qui amicus eſſet plerisque & potentiſſimis, circumire & narrare partim quidem ut audierat ex his quos miſerat, partim etiam de ſuo adjecta. Implet igitur urbem, & commovet hic vir, & de aula plerosque ſolicitat, qui ſtatim ipſi quoque feſtinant de ſuis rebus aliquid audituri. At noſter blande qui exciperet venientes, hoſpitalibusque & aliis magni pretii muneribus ſuos faceret, dimiſit illos, qui non renun-

55 Ὁ δὲ, ὡς ἂν τοῖς πλείστοις καὶ δυνατωτάτοις φίλος ὤν, περιήει, τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσειε παρ' ἑτέρων, τὰ δὲ καὶ παρ' [b] αὐτὸν προστιθείς. [c] ἐνέπλησε δ' οὖν τὴν πόλιν, καὶ διεσάλευσεν οὕτως, καὶ τὴν αὐλὴν τοὺς πλείστους διεθορύβησεν, οἱ αὐτίκα καὶ αὐτοὶ ἠπείγοντο ἀκοῦσαί τι τῶν καθ' αὑτούς. ὁ δὲ τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, [d] ξενίοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς πολυτελέσιν [e] ἐργαζόμενος ἑαυτῷ, ἀπέπεμπεν, οὐκ ἀπαγγελοῦντας μό-

[b] Αὐτῷ] Αὐτοῦ *J. Fl. H. P.* [c] Ἐνέπλησε] Εἰσέπλωξε *J. Pell.* [d] Ξενίοις] Recte ſic P. ut *Jenſ.* voluit, ξένια enim Edd. [e] Ἐργαζόμενος αὐτῷ] Φίλους ἀπεργαζόμενος αὐτῷ *Pell.* Εὔνους ἐργαζόμενος marg. *A. III.* Editionum αὑτῷ in αὐτῷ mutavi.

56. ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας. Sic enim dona hoſpitalia dicuntur ξένια vel ξενία, quae Latinis *Laurea*. Scripſi autem in poſito loco αὐτῷ, quamquam vulgo αὑτῷ. (plus centies forte in hoc ſcriptore male ſe habet in hac vocula ſpiritus.) Interpres plane nullam hic τῷ, αὐτῷ, habuit rationem. Nec mirum; in perverſa enim, quam dat, verſione nullum id locum habet. Δωρεαῖς ἐργάζεσθαί τινα αὐτῷ, eſt, *muneribus aliquem ſibi conciliare*; & ſic verti debuit. Vide omnino, Studioſe Lector, politiſſimas *Graevii* Lectiones Heſiodeas, cap. II. pag. 9. ubi hunc τὸ ἐργάζεσθαι pro *acquirere*, *parare*, uſum eleganter, ut ibi omnia, illuſtrat Vir Cl. cui ſententiae ultra confirmandae etiam hic Luciani locus accedere poteſt. Simili modo infra c. 55. φίλους ἀπεργάζεσθαι. Ita in *Macrobiis* T. III. c. 7. ἐργάσασθαι σεαυτῷ τῷ λοιπῷ μήκιστόν τε ἅμα, καὶ ὑγιεινότατον βίον. *Paraveris tibi victus ratione, longiſſimam juxta & ſalubervimam vitam.* Cum hoc Graecorum τῷ, ἐργάζεσθαι uſu mire convenit ipſum verbum *exercere*, ita ſumptum pro *conquirere*, *comparare*, abs *Terentio*; apud quem in Heautontimorumeno A. I. S. I. Menedemus ait, ſe vendidiſſe

Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile victum exercerent ſuum.

Lis quidem inter eruditos eſt de hujus loci quum vera lectione, tum vero ſenſu; aliis hanc ſcripturam tuentibus, aliis mutantibus τὸ *exercerent* in *exercerent*, auctoritate potiſſimum *Feſti* nitentibus. Sed profecto quum τὸ *exercerent* ſit receptior lectio, & tam apprime cum prolato τῷ ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu conveniat, nihil videtur cauſſae, quidni in ea acquieſcamus cum Bembo, Mureto, aliisque, & praecipue Farnabio, qui eam cum τῷ, ἐργάζεσθαι recte componit, adſtipulatorem adferens Turnebum, qui & ex Ambroſio geminum germanum locum notarit, ubi *exercere ſumptum* eodem plane modo occurrat. Caeterum non poſſum facere, quin hic opportune elegantem *Aeliani* locum & ab Interpretis hallucinatione vindicem, & ex oſtenſo hoc τῷ, ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu exponam atque illuſtrem. IV. nimirum ποικίλων, cap. 3. loquitur ille de Polygnoto Thaſio, & Dionyſio Colophonio, Pictoribus: καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος, inquit, ἔγραφε τὰ μεγάλα. καὶ οὐ τοῖς παλαίοις ἐργάζετο τὰ ἆθλα. Non profecto ἐργάζεσθαι τὰ ἆθλα eſt *certamina ſubire*, quemadmodum vulgatus reddidit Interpres; ſed *praemia ſibi comparare ex certaminibus*: quo ſenſu τῷ ἐργάζεσθαι etiam Aelianus alibi utitur, velut ex exemplis in Indice notatis, ubi & Interpretis hic lapſus verbo notatur, videre eſt. Innuit nimirum Aelianus, Pictorem Polygnotum pictura expreſſiſſe rerum grandiorum formas, easque integras; cujus artis & operae praemia tulerit & pretia. Poſſumus quoque ita exponere, Polygnotum cum aliis de gloria pingendi τὰ τίλεια certaſſe victoremque exſtitiſſe; & adeo praemia, ſi qua fuiſſent propoſita, reportaſſe. Etenim fuiſſe etiam inter Pictores certamina, ſatis notum vel ex eo, quod de Parrhaſio narrat *Aelianus* IX. cap. XI. Non tamen id quidquam facit, ad Aelianum hoc loco ita vertendum: neque frequentior uſus vocis ἆθλον, *praemium*, non *certamen*, ſignificantis, id facile patiatur. Dudum namque eſt, quod Eruditi (vide Cl. *Graevii* ad Luciani Soloeciſtam animadverſiones) docuerunt, politiores Graecos τὰ ἆθλα inter, & ὁ ἆθλος diſtinxiſſe;

ita

μόνον τὰς ἐρωτήσεις, ἀλλὰ καὶ ὑμνήσοντας τὸν θεὸν, καὶ τερατεύεσθαι περὶ τοῦ μαντείου καὶ [a] αὐτοῦ ψευσομένους.

[b] Ἀλλὰ καὶ μηχανᾶταί τι ὁ τρισκατάρατος οὐκ ἄσοφον, οὐδὲ τοῦ προστυχόντος λήρου ἄξιον. λύων γὰρ τὰ πεμπόμενα βιβλία, καὶ ἀναγινώσκων, εἴ τι εὕροι ὕποπτον καὶ παρακεκινδυνευμένον ἐν ταῖς ἐρωτήσεσι, κατεῖχεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἀπέπεμπεν, ὡς ἐκ πολλῶν χειρίους, καὶ μονονουχὶ δήλους ἅμα τὸ δέος ἔχοι τοὺς πεπομφότας, μεμνημένους οἷα ἦν ἃ ἤροντο. [c] συνίης δὲ οἵας εἰκὸς τὰς πλουσίους καὶ [d] μέγα δυναμένους τὰς πύστεις πυνθάνεσθαι. ἐλάμβανεν οὖν πολλὰ παρ' ἐκείνων, εἰδότων ὅτι αὐτοὺς ἐντὸς ἔχει τὰ ἀρκύων.

Βούλομαι δέ σοι καὶ τῶν Ῥουτιλλιανῷ δοθέντων χρησμῶν ἐνίους εἰπεῖν· πυνθανομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικὸς, παιδείας ὥραν ἔχοντος, ὅν τινα προστήσαιτο διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτοῦ; ἔφη·

tiarent modo interrogata, sed Deum etiam celebrarent, & prodigiosa de oraculo, seque ipso mentirentur.

32. Ac machinatur quiddam homo execrabilis, non insipiens & latrone minime vulgari dignum: solvens enim libellos sibi missos & legens, si quid inveniret audax & periculosum in interrogationibus, retinuit ipse nec remisit, ut obnoxios & tantum non servos sibi retineret isto metu eos, qui miserant, memores nimirum, qualia fuissent, de quibus interrogassent. *Probe* autem intelligis quas interrogationes proponi a divitibus & potentibus probabile sit. Ab his ergo multa accepit, qui scirent se intra illius retia conclusos.

33. Volo autem tibi oraculorum Rutiliano datorum quaedam dicere. Interroganti de filio suo e priori uxore suscepto, qui jam ad aetatem institutionis capacem perveniisset, *Quem discendi magistrum ei praeficeret?* respondit:

Py-

a Αὐτοῦ] Αὐτοὺς P. b Ἀλλὰ] Ex P. & marg. *A*1. Deerat in Edd. c Συνίης δὲ, οἵας] Ex emendat. *Solani*. Συνιεὶς δ' ὁ. *Fl.* Συνίησι P. Συνίησι δὲ, οἷα Edd. ceterae. Συνιεῖς etiam marg. *A*1. d Μέγα] Μεγάλα Ex. *Fl.* Nihil mut. Edd. nec P.

ita ut hoc significetur *certamen*, illo *certaminis praemium*. Est tamen, ubi contra τὸ ἆθλον pro ipso certamine sumatur, quemadmodum potissimum ex hoc, in *Anthol.* I. cap. 64. Epigrammate II. ostendit *H. Stephanus*, ubi Ulysses redux ad Ithacam ita:

Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Huic addas licet ipsum *Aelianum* XIII. Ποικιλ. 14. ubi in caeteris Homericorum carminum partibus censentur & τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα· quae haud dubie sunt certamina, & ludi funebres in funere Patrocli ab Achille instituti, quos copiose commemorat *Homerus* Il. Ψ. *J. J.*

Ξενίοις] Sic L. Reliqui prave ξενίαις. *M. du S.*

64. Ἐργαζόμενος αὐτῷ] Scribo ἐργαζόμενος αὐτῷ, i. e. *suis rebus favens. faisant cela pour son interest particulier.* *F. G.*

Ἐργαζόμενος] Si plures libri addicerent, non respuerem illud ἰδίους, quod marg. *Aldinae Wesselingianae* habet; verum quia & *Pelleti* φίλους glossa nonnullis videbitur, etiam hoc pro glossemate haberi poterit. Quamvis c. 55. φίλους ἀπεργάζεται, & alibi, φίλους ἐργάζεσθαι, frequentius occurrat, nondum tamen alterutrum Luciano infero, dum spes est, ἐργάζεσθαι τινὰ αὑτῷ pro *aliquem sibi conciliare*, aliis testimoniis probari posse. Quod autem Clar. *Jens.* ait, *Graevium* virum Cl. probasse, id minus adcurate huc adplicavit. Nam *Graev.* ad Hesiod. probat tantum, ἐργάζεσθαι esse *labore adquirere*, & βίον ἐργάζεσθαι significare *manibus victum quaerere*, vel *parare*; unde nondum sequitur, ἐργάζεσθαι ἄνθρωπον quoque sic dici pro *aliquem sibi amicum reddere ac benevolum*, de quo hic est quaestio: quare *Gujeti* explicationi accedo, ut sit: *sibi ipsi operatur, suo commodo serviens.* *J. F. R.*

69. Ἀλλὰ] P. solus. *M. du S.*

77. Συνίησι] Forsan σωίει. *F. G.*

Συνίης δὲ οἵας] Omnes libri, excepta *Fl.* Ed. habent συνίησι δὲ οἷα, quod quem sensum exhibeat, nemo credo intelligat. Vertebant tamen miris modis. Vide an nos rectius. Ego certe rem acu tetigisse mihi videor. Quid enim conjectura *Alexandro* opus, qui omnes omnino tabellas, ut responsa sua componeret, resignabat? Luciani acumine dignius, ut ad *Celsum*, cui inscriptus hic liber est, orationem convertens, Lectori, quid sub Imperatore Philosopho rogaturi fuerint Optimates, conjiciendum relinqueret, quam aut *Alexandro* tabellas, ut dixi, de more resignanti istud

Pythagoram, egregieque canentem praelia vatem.

Puero deinde paucis post diebus mortuo, ipse quidem aestuare, nec habere quod accusantibus responderet, oraculo ita rebus praesentibus refutato. At ipse bonus vir Rutilianus ultro suscepta oraculi defensione dixit, hoc ipsum indicatum a Deo, ac propterea, non vivum illi praeceptorem capi jussisse, sed Pythagoram atque Homerum vita olim functos, quibuscum versari nunc puerum apud inferos probabile sit. Quid vero reprehendendus est Alexander, si tales inter homunciones versari voluit?

34. Rursus interroganti, *cujus ipse animam nactus esset?* ait:

Pelides primum fueras, post ista Menander,

Πυθαγόρην, πολέμων τε μιγάκλορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τῷ παιδὸς ἀποθανόντος, ὁ μὲ ἠπόρει, καὶ οὐδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τὰς αἰτιωμένους, ἀλλὰ πόδας ὅτως ἐληλεγμένῳ τῷ χρησμῷ. ὁ δὲ Ῥυτιλλιανὸς αὐτὸς φθάσας ὁ βέλτιστος, ἀπελογεῖτο ὑπὲς τῷ μαντείῳ, λέγων, τοῦτο αὐτὸ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν, καὶ δι' αὐτὸ, ζῶντα μὴ κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἑλέσθαι αὐτῷ, Πυθαγόραν δὲ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειράκιον ἐν ᾅδου νῦν συνεῖναι. τί τοίνυν μέμφεσθαι ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου;

Αὖθις δὲ συνθανομένῳ αὐτῷ [g] τὴν τίνος ψυχὴν [f] αὐτὸς διεδέξατο; ἔφη·

Πρῶτον Πηλείδης ἐγένου· μετὰ ταῦτα Μένανδρος·

Εἶθ'

[g] Τὴν τίνος] Nihil hic mutare *H.* & *Fl.* notat *M.du S.* Sed nec quidquam *J. Ald. P.* [f] Αὐτὸς διεδ.] Αὐτὸς deficiens in Edd. ex L. & P. insertum.

istud tribuere; aut ipsum periculosa, imperante filio, temeritate edisserere. *Cassium*, & alios res novas molientes menti ejus, cum haec scriberet, obversatos esse existimo. (Oraculis nempe fretus *Cassius*. . . . . V. *Volcat. Cass.* I. & XIII. Nec deerant, qui sive pertaesi dominationis sive Philosophum spernentes, aut gravitatis odio, aut honorum sub alio cupidi, in annos Imperatoris inquirerent, & nova molirentur. V. *M. Aurel.* vitam 32. a *Dacerio* scriptam.) In *Fl.* est συνιὼς, quod ad nostram emendationem propius accedit. *M.du S.*

Συνίησι] Hiatus est in parenthesi illa notae *Soulianae*, & aliquid deest, quod postea additurus fuisse videtur. Ego itaque sic exhibui, ut in ejus nott. Mss. inveni. *J.F.R.*

Συνίησι] Omnes, quantum scio, legunt συνίησι δὲ οἷα εἰκὸς — τὰς πύξεις συνθάπτεσθαι, & συνίησι imperfecto tempore referunt ad ipsum Alexandrum, *intelligebat*: sed vel sic οἷα & τὰς πύξεις non bene conveniunt. Mihi dubium non est, dedisse Lucianum συνίης δὴ οἷας — τὰς πύξεις. Res nimis aperta. Ad conscientiam Celsi sui provocat Lucianus, & vult, ut cogitet, quas quaestiones proponere soleant potentes, nempe de vita imperatoris, de spe sua, de successu cogitatae rebellionis e. i. g. a. quaestiones non magisteriales, sed capitales. Hoc ergo secutus sum in versione: & video idem visum eruditissimo *Soulio*. *J.M.G.*

78. Πόσις συνθάπτεσθαι] Hujusmodi repetitiones verbi cognati, ut μίμψιν μιμφόμαι, δικάζειν δίκας, τόλμημα τολμᾶτον, φίλημα φιλῆσαι, Graecis aeque familiares esse ac Latinis, vid. *Spanh.* ad Aristoph. Pl. 10. Et Nostrum *Herod.* c. 3. λόγους ἔλεγον, & *Scyth.* c. 4. ἔρωτος ὃν ἐράσθης. *Quom. Hist.* c. 6. ἀρχὴν ἀρκτέον. Item *Long. Past.* L. 2. p. 55. Ed. *Wech.* τέρψεις — ἐτέρπετο, & p. 62. φίλημα ἐφίλησε. p. 68. f. πολέμους ἐπολέμησε τὴν ἀγροικίαν. p. 86. ἤριζον ἔριν ἐρασμίων. L. III. 113. rursus, φιλήματα φιλεῖ, quod & L. I. dixerat. ac p. 114. συμπαλαίουσα πάλην. Alia ejusmodi ex aliis etiam profert Cl. *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 337. 338. Quem vid. infra ad *Jov. confut.* πομπὰς πέμπειν. *J.F.R.*

87. Πυθαγόρᾳ] In veteri inscriptione, in Sylloge *Fleetwood* p. 312. *Dogmata Pythagorae sensi, studiumque Sophorum: Et libros legi, legi pia carmina Homeri.* Habetur integra in editione *Petronii* Amstel. A. 1669. 8o. p. 547. *M.V. la Croze.*

91. Παρὰ πόδας] Quod *ante pedes*, quod obvium est, ut in *Quom. Hist.* c. 13. Sed ὑπὲρ πόδας & περὶ πόδας vid. ibid. c. 14. *J.F.R.*

1. Ἐνδιατρίβειν] Reponebam olim ἐνδιαθρύπτειν, ut prope idem hic diceret quod c. 42. At nunc receptam lectionem sequor, quia verbum ἐνδιατρίβειν alibi a Nostro usurpari eodem sensu video: ut Ἀπαιδ. c. 26. cui quamvis diversum adde Οἰκ. c. 2. *M.du S.*

2. Τὴν τίνος ψυχὴν] Frustra *Solanus* varietatem quaesivit. Nec eam desidero: est enim tantum metathesis, euphoniae caussa facta, pro τίνος τὴν ψυχήν. Vid. T. I. *Nigr.* c. ult. No. 52. *J.F.R.*

3. Αὐτὸς] P. & L. *M.du S.*

Εἶθ' ὃς νῦν φαίνῃ, μετ' ὀλίγον ἔσεσθαι [a] ἠλιὰς ἀκτίς,
Ζήσεις δ' ὀγδώκοντ' ὀπὶ τοῖς ἑκατὸν λυκάβαντας.

Tum, qui nunc vivis; radius post omnia Solis,
Cum supra centum octoginta exegeris annos.

Ὁ δ' ἑβδομηκοντούτης ἀπέθανε μελαγχολιάσας, [b] οὐδὲ θεμείνας τὴν τοῦ θεοῦ ὑποσχεσιν.

At ille septuagenarius diem suum obiit; morbo atrabiliario, non expectata promissione Dei.

Καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς τῶν αὐτοφώνων ἦν. ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ ποτε καὶ περὶ γάμου, ἔφη τοῦς ἔφη·

35. Etiam hoc erat vocalium unum oraculorum. Interroganti quondam de nuptiis diserte dixit:

Γῆμον Ἀλεξάνδρῳ τε Σεληναίης τε θύγατρα.

Ducito Alexandro natam Lunaque puellam.

Διεδεδόκει δὲ πάλαι λόγον ὡς ἡ θυγάτηρ, ἣν εἶχεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γενομένης· τὴν γὰρ Σελήνην ἐρᾶν αὐτοῦ, καθεύδοντά ποθ' ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐτὴ ἔθος, κοιμωμένων ἐρᾶν τῶν καλῶν. ὁ δ' εὐθὺς [c] μελλήσας ὁ συνετώτατος Ῥυτιλλιανὸς, εὐθὺς ἔπεμπεν ὀπὶ τὴν κόρην, καὶ τὸς γάμους συνετέλει ἑξηκοντούτης νυμφίος, καὶ συνῆν, [d] τὴν πενθερὰν Σελήνην ἑκατόμβαις ὅλαις ἱλασκόμενος, καὶ τῶν ἐπιφανίων εἷς καὶ αὐτὸς οἰόμενος γεγονέναι.

Nempe olim rumorem sparserat, filiam; quam habebat, ex Luna sibi natam esse. Lunam enim amore ipsius captam, quum dormientem vidisset. Mos scilicet illius, dormientes formosos amare. Prudentissimus autem ille Rutilianus nihil cunctatus, statim misit ad arcessendam puellam, nuptias celebravit sexagenarius sponsus, & cum illa cubuit, placata prius socru Luna, totis hecatombis, putansque se quoque jam caelestium unum esse factum.

36. At

a Ἠλιὰς] Ἰλίου male P. Nil vulgatam mutant *J. Fl. H. P.* b Οὐδὲ] Οὐ *J.* c Μελλήσας] Sic recte *J.* &c. Μελήσας *Fl.* passim. d Τὴν πενθερὰν Σελήνην] Τῇ πενθερᾷ Σελήνῃ *Fl.* Cum vulgata nostra facit *P.*

18. Τὴν δὲ Σελήνην] Εἰς δ' Ἐνδυμίωνα * ἀμφικάλλει δ' λόγον. † ἀεὶ δ' βούκολος ὢν, ἐφαντάσατο ὑπὸ σελήνης μυ- στότατα. *V.*

* Ἀμφικάλλει] Ἀμφικαίνει male fuit in Ed. *Cler.* correxit *M. du S.* non addens unde; sed nec opus erat, adeo res est manifesta.

† Ὅς καὶ] Ὅς καρ. habet *V.* Unde conjicio scriptum fuisse ἦτοι γάρ. *M. du S.*

6. Ἠλιὰς ἀκτὶς] Sic Dorice ἀκτὶς ἐπιγραφή. Inscriptio navis a *Sole*, qui erat insigne navis. (Etsi alias ἀκτὶς navicula est.) Sic ἠλιάδα vocat Rhodum insulam Noster in *Amor.* a cultu Solis. Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. ep. 12. p. 48. *J. F. R.*

8. Λυκάβαντας] Antiqua vox, de qua consule *Junium* c. 18. L. de anno & mensibus. *M. du S.*

10. Ἑβδομ.] Septuagenarius obiit, (sexagenarius uxorem duxerat Alexandri ex luna, si diis placet, filiam c. 35.) Alexandro superstes (c. 60.) quem ad ultima M. Aurelii perveniisse compertum est. Ergo sub initium fere Commodi mortuus *Rutilianus*, aut certe sub ipsum M. Aur. finem. *M. du S.*

11. Οὐδὲ] Cum *Junt.* ὲ tantum haberet, consului Edd. reliquas, vidique *Ald. H. P. Fl. S.* οὐδὲ habere; quare eas expressi potius, etsi non prorsus necessarium esset illud δὲ; nec *Solanus* id expressurus fuisse videtur, quia id *Juntinae* textui non inseruit; ut alias solet; verum hanc omissionem ab Editore *Junt.* non esse studio factam, inde conjicio, quod ὲ extremum paginae vocabulum est, cujus alteram partem in pag. seq. transferre obliti videntur typothetae. *J. F. R.*

19. Σελήνῃ] Hac de re *Suet.* Caio. *J. B.*

23. Ἑξηκοντούτης] Hoc inprimis observandum, si rationem temporum aliquam habere velis. Sed quo anno duxit? inquies? Conabor id certis adstruere rationibus. Observatum supra est (ad c. 30.) innotuisse *Alexandrum* Romae Rutiliano jam sene, (hoc est plusquam quadragenario post annum a Christo nato CL.) Alexandrum filiam illam suscepisse liquet, postquam jam prophetae munus subiisset. aliquot nempe annis, antequam Romae innotuisset, nubilis itaque fuerit ante annum Christi CLXX. quo fere tempore nupsisse etiam Rutiliano necesse est, qui sexagenarius duxisse hic dicitur. Quae omnia facile ex hoc libello demonstrari possent, nisi brevitati in his notis studeremus,

36. At ille cum ſemel res Italicas attigiſſet, majora ſemper adinvenit, & per omnes Romani imperii partes miſit oraculorum nuntios, praedicens civitatibus, peſtilentias & incendia ut caveant, & terrae motus: promiſitque illis, ne quid tale fiat, valide ſe adjuturum. Unum ſane oraculum vocale ipſum quoque ad omnes gentes de peſtilentia miſit: erat autem verſiculus unus:

Intenſus nubem peſtis depellit Apollo:

Eratque videre hunc verſum ubique inſcriptum portis, tanquam depellendae luis remedium. Hoc vero contra plerisque evenit. Forte enim fortuna quadam illae maxime domus exhauſtae ſunt, quibus inſcriptus fuerat verſiculus. Et ne putes me hoc dicere, per ipſum illos verſiculum periiſſe. Quin forte quadam ita factum eſt. Forte etiam vulgo homines fiducia verſiculi, negligentius agebant, omiſſa victus cura, nihil adjuvantes oraculum contra vim morbi,

Ὁ δ' ὡς ἅπαξ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πραγμάτων ἐλάβετο, [e] μείζω ἀεὶ προσεπενόει, καὶ πάντοσε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔπεμπε [f] χρησμοφόρους, ταῖς πόλεσι προλέγων, λοιμοὺς καὶ πυρκαϊὰς φυλάττεσθαι, καὶ σεισμούς, καὶ ἀσφαλῶς βοηθήσειν, ὡς μὴ γένοιτό τι τούτων, αὐτὸς ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς. ἕνα δή τινα χρησμὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτὸν, εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ λοιμῷ διεπέμψατο. ἦν δὲ τὸ ἔπος ἓν·

Φοῖβος [g] ἀκεσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει.

Καὶ τοῦτο ἦν ἰδεῖν τὸ ἔπος πανταχοῦ ὀπὶ τῶν [h] πυλῶν γεγραμμένον, ὡς τοῦ λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον. τὸ δ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πολίταις προὐχώρει. κατ' οἰκίαν γάρ τινα τύχη αὗται μάλιστα αἱ οἰκίαι ἐκενώθησαν, [i] ἐν αἷς τὸ ἔπος ἐπεγέγραπτο. καὶ μή με νομίσῃς τοῦτο λέγειν ὅτι διὰ τὸ ἔπος ἀπώλυτο, ἀλλὰ τύχῃ τινὶ ἔτως ἐγένετο. τάχα δὲ οἱ πολλοὶ καταθαῤῥοῦντες τῷ ςίχῳ, ἠμέλουν, καὶ ῥαθυμότερον διῆγον, οὐδὲν τῷ χρησμῷ πρὸς τὸ νόσου συντελοῦντες, ὡς

e Μείζω ἀεὶ προσεπενόει] Sic Edd. omnes, excepta *Fl.* quae μείζον ἀεὶ προσενόει. f Χρησμοφόρους] Χρησμολόγους marg. *AiW.* g Ἀκεσεκόμης] Ἀκεσεκόμας P. Nil mut. Edd. h Πυλῶν] Sic P. & marg. *AiW.* Πυλώνων Edd. vulgo. i Ἐν] Aderat in *J.* & marg. *A1.* Aberat a *Fl. H. P. Ald. B2.* &c.

mus. Hoc unice itaque obſervari volim, *Alexandrum* uxorem non duxiſſe antequam munus illud ſuum propheticum ſuſciperet; quod etſi diſertis verbis non aſſerat *Lucianus*, facile ex eo elicitur, quod toto ante tempore, aut turpem puer aliis operam dederit, aut vir jam factus alienis uxoribus. Unum his conjecturis obeſſe videri poſſit, quod hujus filiae mater ignota, cum e luna ſuſceptam praedicarit. Sed filiam *Alexandri* fuiſſe, ſatis conſtat, legitima an notha, parum refert. *M. du S.*

29. Μείζω] Flor. μείζον ἀεὶ προσενόει. Paginam ſequentem alibi interpretor, & paginam 490. *J. B.*

36. Λοιμοῦ] De hac peſte, quae incidit in annum Chriſti CLXV. & ſequentibus v. ſupra ad *Συγγρ.* c. 15 *M. du S.*

38. Ἀκεσεκόμης] Etſi & ἀκεσιμ. bonum, vulgatum tamen ſervavi, quia mox iterum ſic Edd. Et ſic *Homer.* Il. Υ. 39. & alibi. Conf. *Solan.* ad fin. hujus capitis. *J. F. R.*

40. Πυλῶν] Sic P. quod magis arridet, quam quod in reliquis eſt πυλώνων. *M. du S.*

49. Τῷ χρησμῷ — συντ.] Durior phraſis. *M. du S.*

Τῷ χρησμῷ] Τῶν χρησίμων margini *Junt.* adleverat *Solan.* Sed cum videret Edd. conſpirare in χρησμῷ, delevit conjecturam, & merito delevit, addiditque conferendum *Tim.* c. 4. Sed ibi, ἀλλ' εἰς ἰᾶσθαι τὰ ἀρχαῖον συντελῶν, legitur; quod Cl. *Hemſt.* vertit: *Sed veteri neſcio cui inſtituto id dandum credit.* Itaque tamen χρησμῷ hic idem valebit quod εἰς χρησμὸν, & ſignificabit, *nihil addebant ad oraculum, nihil amplius perficiebant*; adeoque differet aliquantum ab illo priore exemplo. Verum cum συντελῶ proprie ſit *una perficere*, & ſic certe etiam *adjuvare* ſignificabit, ut apud *Aelian.* V. Hiſt. XIII. 1. p. 783. Ed. in 8o. εἰ μόνος εἰς ἰσχὺν ὄψεως συντελῶ δυνάμενον. *Qui non ſolum ad paſcendos oculos adjuvare* (contribuere) *poterat.* Et *Alciphr.* III. Ep. 71. Hinc nihil duri video, ſi & hic ἓδὲν συνελοῦντες τῷ χρησμῷ potius ſignificet, *nihil ad juvantes oraculum*, vel *nihil contribuentes oraculo*, ut ſic perſpicuitatis cauſſa loquar. Deos enim laborantem adjuvare, non deſidem, credebant, ut eſt in *Menandr.* fragm. 32. Τῷ γὰρ πονοῦντι θεὸς συλλαμβάνει — τὸ πόνου. Et ap. *Salluſt.* in Catil. c. 52. §. 28. 29. *J. F. R.*

ὡς ἂν ἔχοιλες προμαχομένας αὐτῷ [a] τὰς συλλαβὰς, καὶ τὸν [b] ἀκερσεκόμην Φοῖβον ἀποτοξεύοντα τὸν λοιμόν.

qui haberent propugnaturas pro se *illius* syllabas, & intonsum Phoebum telis abacturum peſtilentiam.

Πευθῆνας μέντοι ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ κατεστήσαλο πάνυ πολλοὺς τῶν συνωμοτῶν, οἳ τὰς ἑκάστου γνώμας διήγγελλον αὐτῷ, καὶ τὰς ἐρωτήσεις προεμήνυον, καὶ ὧν μάλιστα ἐφίενται· ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, καὶ πρὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους, καλαλαμβάνεσθαι.

37. Verum etiam exploratores in ipſa Roma multos ſane conſtituerat conjuratorum, qui ſententias uniuscujusque ſibi nuntiarent, & ante indicarent interrogationes, quaeque maxime cuperent, ut paratum ad reſponſiones, jam ante adventum ſuum miſſi invenirent.

Καὶ πρὸς μὲν [c] τὰς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα [d] προεμηχανᾶτο. τελετήν τε γάρ τινα συνίστα, καὶ δαδουχίας, καὶ ἱεροφαντίας, τριῶν ἐξῆς ἀεὶ τελουμένων ἡμερῶν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ, [e] προῤῥησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη· εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω· οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ, τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγί-

38. Et ad *res* Italicas haec & ſimilia praeparabat. Myſteria etiam quaedam inſtituit, & facum geſtationes, & ſacrorum diſciplinam, tribus deinceps diebus feſto ritu peractis. Ac primo die edicebatur, ut Athenis, in hanc formulam, *Si quis Atheus, aut Chriſtianus, aut Epicureus venerit, orgiorum ſpeculator, fugito: qui autem Deo credunt, initiantor bonis auſpiciis!* Deinde ſtatim a principio fiebat exactio. Atque

[a] Τὰς] Ex P. additum. Deeſt in Edd. [b] Ἀκερσεκόμην] Sic Edd. reliquae, Ἀκειρεκόμην *Fl.* vid. nott. [c] Τὰς] Τοὺς *B2.* ſola. [d] Προεμηχανᾶτο] Προεμήχανᾶτο τοῦτο P. [e] Προῤῥησις] Sic recte *P. H. Fl. B2.* Προῤῥησις *F.* male. Conf. *de Sacrif.* c. 12.

50. Προμαχ. αὐτῶν] Lege αὐτῶν. *F.G.* Et ſic jam dedimus. *J.F.R.*

Ibid. Τὰς] P. ſolus ante συλλαβὰς. *M.du S.*

51. Ἀκερσεκόμην] Utitur ea voce etiam *Pindarus* in Pyth. III. uſurpat alibi etiam ἀκειρεκόμων. Iſthm. I. & ſic habet hic codex R. Poſterior ſcriptura occurrit etiam apud *Philoſt.* 885. *M.du S.*

Ἀκερσεκόμην] Nota haec *Solani* pertinet ad ſuperius Ἀκερσεκόμης. nam ibi Codicem P. ἀκειρεκ. legere, in *Juntina* notarat; contra, hoc loco Florentinam editionem ἀκειρεκ. habere, quum Cod. ἀκερσ. jam cum cett. Edd. habeat. Cumque de Flor. quam inſpexi, recte moneat, etiam de Codice recte monuiſſe credo; licet in Ed. *Hag.* inverſe quoque notarit Cod. P. hic ἀκειρ. habere, ſupra vero cum vulgato conſentire: quod cum parvi referat, ordinem ejus notae immutare nolui, & ne haec quidem adnotaſſem, niſi oſtendendum eſſet, me in lectione dubia priſcas Edd. diligenter conſuluiſſe. Vid. pag. praeced. No. 38. *J.F.R.*

60. Τὰς ἐν] *B2.* τοὺς, ex editoris conjectura, ut alia multa; neque enim uſum ſe ullo antiquo Mſ. profitetur. *M.du S.*

Τὰς ἐν τῇ Ἰτ.] Videtur legendum τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. Neque enim eſt, quo commode referatur τὰς. Ita certe interpretatus ſum. *J.M.G.*

Τὰς ἐν τῇ Ἰτ.] Intellige πόλεις. *F.G.* De hac ellipſi conf. *L. Bos*, p. 132. *J.F.R.*

62. Δαδουχίας] Sic infra *de mort. Peregr.* c. 28. *M.du S.* At quid opus tam longe nos remittere ad vocabulum ſatis uſitatum quaerendum, quum principio c. 40. hujus Dial. quoque occurrat. *J.F.R.*

63. Τελουμένων] Malim τελουμένας. *F.G.*

65. Ὥσπερ Ἀθήνησι] Eleuſine dicebant τοῖς θεοῖς v. *Caſaub. Capitol.* in M. Aur. XXVII. Prioribus temporibus formula erat. ἰοὺς ἰοὺς ὅσις ἀλιτρός. vel ut habet *Lampridius: nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem novit.* De quibus formulis conſule etiam *Orig.* c. Celſ. III. p. 147. 2. ubi Celſi verbis plures proponit. Adde Δήμων. c. 34. unde patet Barbaris etiam hiſce ſacris interdictum fuiſſe. *M.du S.*

66. Χριστιανὸς] Exploraturi itaque fraudes hujus Pſeudoprophetae interdum & ipſi Chriſtiani ſacra iſta, alias illicita, adibant: ab iisque ſibi aeque ac ab Epicureis metuebat Alexander. Unde zelus Chriſtianorum in detegendis fraudibus & impoſturis pateſcit. Nam quod Epicurei idem factitabant, non mirum otioſos plerumque homines, quibus talia ludus erant, & quavis comoedia jucundius ſpectaculum, operam dediſſe hujusmodi ſuperſtitioſis hominibus deridendis. Chriſtianos autem graves & minime futiles aut otioſos, imo

que ipſe initio dicebat, *Foras Chriſtianos!* Multitudo univerſa ſubjiciebat, *Foras Epicureos!* Tum Latonae agebatur puerperium, & Apollinis partus, & Coronidis nuptiae, & naſcebatur Aeſculapius: altero autem die Glyconis adventus & nativitas Dei.

70 γνέλο. χαὶ ὁ μὲ ἠγεῖτο, λέγων, ἔξω Χριστιανές. τὸ δὲ πλῆθος ἅπαν [f] ἐπεφθέγγετο, ἔξω Ἐπικυρείους. εἶτα Λητῦς ἐγίγνέλο λοχεία, χαὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ, χαὶ Κορωνίδος γάμος, χὴ Ἀσκληπιὸς ἐτίκτε-
75το. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ Γλύκωνος ἐπιφάνεια χαὶ γένεσις τῦ θεῦ.

39. Tertio, Podalirii erant & matris Alexandri nuptiae. Dadis (*facularia*) autem *illa dees* vocabatur, & faces accendebantur. Tandem *agebantur* Lunae & Alexandri amores, naſcensque uxor Rutiliani. Facem porro geſtabat, & praeibat cerimonias *alter* Endymion, Alexander. Ac ipſe quidem dormiens jacebat in medio, deſcendebat autem ad illum ex tecto tanquam e caelo pro
80 Luna-Rutilia quaedam formoſiſſima, procuratorum Caeſaris cujusdam uxor, vere illa amans Alexandrum, & amata viciſſim ab illo, atque in oculis miſeri illius viri, oſ-

Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, Ποδαλειρίε τε ἦν χαὶ ἡ μητρὸς Ἀλεξάνδρε [g] γάμος. Δαδὶς δὲ ἐχαλεῖτο, χαὶ δᾷδες δὲ ἐχαίοντο. χαὶ τελευ-
85ταῖον, Σελήνης χὴ Ἀλεξάνδρε [h] ἔρως, χαὶ τικτομένη τῦ Ῥυτιλλιανῦ [i] ἡ γυνή. ἐδαδύχει δὲ χὴ ἱεροφάντης ὁ Ἐνδυμίων Ἀλέξανδρος, χαὶ ὁ μὲ καθεύδων δῆθεν, κατέκειτο ἐν τῷ μέσῳ. κατῆει δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐκ τ ὀροφῆς ὡς ἐξ ὐρανῦ ἀντὶ τ Σελήνης, Ῥυτιλλία τις ὡραιωτάτη, τ Καίσαρος οἰκονόμων τινὸς γυνὴ, ὡς ἀληθῶς ἐρῶσα τῦ Ἀλεξάνδρε, χαὶ ἀντερωμένη ὑπ' αὐτῦ, χαὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῦ ὀλεθρίε [k] ἐκείνης ἀνδρὸς, φι-
λήν-

[f] *Ἐπιφθέγγετο*] Ἐφθέγγετο *Fl.* Pro vulgata ſtat Cod. P. & reliqq. Edd. [g] Γάμος] Ἔρως P. [h] Ἔρως] Γάμος marg. *A*1. [i] Ἡ] Deeſt articulus in *Fl.* Adeſt in *J. H. P.* &c. [k] Ἐκείνης] Ex Mſ. Gr. Ἐκείνου Edd. priores.

imo odiis & injuriis non privatorum tantum hominum, ſed & magiſtratuum Imperatorumque preſſos, hoc egiſſe, ut ab illuſionibus praeſtigiisque Orbem terrarum vindicarent, in admirationem certe quemvis rapere neceſſe eſt. Aliam affert hujus rei cauſſam *Lactant.* minime reſpuendam, quam ſi lubet legere, adeas librum ejus IV. c. 27. Nos hac nunc contenti erimus. *M. du S.*

Χριστιανὸς — φευγέτω] De Chriſtianis aliisque, ab his ſacris arceri ſolitis plura congeſſit Rev. *Jac. Elſn.* ad Apocal. XXII. 15. ubi & his Luciani verbis utitur, & ex *Socratis* Hiſt. Eccl. VII. 8. quoque docet, Isdigerdem Perſarum Regem ab Magis judicatum arcendum a ſacris, quod Marutha Meſopotamiae Epiſcopo familiarius uteretur. Verba ipſa ex *Julian.* Epiſt. 52. aliaque vid. ibid. *J. F. R.*

67. Πιστεύοντες τῇ θεᾷ] Formula jam a Chriſtianis deſumta. *M. du S.*

68. Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ] Conf. ſupra dicta ad c. 14. *J. F. R.*

70. Ἔξω Χριστιανοὺς] Vid. *Hoffmann.* in notis ad *Galenum* de uſu partium, No. 295. Item *Dodwellum* Diſſ. in Iren. II. p. 168. 169. *M. V. la Croze.*

85. Ῥυτιλλία] Fictum nomen putarim, quo ſuperſtitioſam foeminam denotet: certe illud τις vix patitur, ut de gente Rutilianorum intelligas. Obſervandum autem haec ſacra non Romae, ſed in Paphlagonia celebrata: quae quidem res aliquid difficultatis habet; nam qui factum eſt, ut Imperatoris *Oeconomo* licuerit tam longe ab aula verſari? *Procuratorem* ergo verte. Statuendum enim hoc ob Alex. praeſentiam, quem haud temere quisquam, Oraculi cura aliis demandata, Romam profectum exiſtimabit. Si tamen *Oeconomum* retinere velis, potuerit unus aut alter abeſſe, per vices reliquis munus obeuntibus, & praeſertim quo tempore M. Aurel. Athenis commorabatur, Abonoteichitarumque Oraculum cum uxore petiiſſe: Ego *procuratorem*, uti etiam verti, intelligo. *M. du S.*

88. Ἐν ὀφθαλμοῖς] Conf. ſupra *Phalar.* I. c. 5. Et Reverend. *J. Elſner.* ad Evang. *Matth.* XXI. 42. recte docentem, non eſſe hoc Poëticum, ut putabat *Gataker.* Adde & noſtrum *Tyrannicid.* c. 17. ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας. Sic εἰς & κατ' ὀφθαλμοὺς vid. Fratr. *G. O. Reitzii* Belg. Graeciſſ. p. 505. *J. F. R.*

89. Ὀλεθρίου ἐκείνου] Scribendum videtur τῦ ὀλεθρίου ἐκείνης ἀνδρὸς. Et ita Interpres legiſſe videtur. *F. G.*

Ibid. Ἐκείνου ἀνδρὸς] Leve eſt quod de Rutillia, quam in oculis mariti ejus oſculabatur, legitur mendoſe καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῦ ὀλεθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς φιλήματα δὲ ἐγίγνετο. cum rectius Mſ. ἐκείνης ἀνδρὸς ſc. Ῥουτιλλίας. *J. G. G.*

Ἐκείνης] Auctoritatem Mſ. G. ſecutus ſum; libri

λήματά τε ἐγίγνετο ἐν τῷ μέσῳ, καὶ σει-
πλοκαί, εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες,
τάχ' ἄν τι καὶ τῶν ἔνδον [a] κόλπων ἐπράπετο.
μετὰ μικρὸν δὲ εἰσῆλθε πάλιν ἱεροφαντιχῶς ἐ-
σκευασμένος ἐν πολλῇ τῇ σιωπῇ· καὶ αὐτὸς
μὲν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, [b] Ἰὴ Γλύκων.
ἐπεφοίτησε δὲ αὐτῷ ἑπαχολουθοῦντες, Εὐ-
μολπίδαι δῆθεν καὶ [c] Κήρυκές τινες Πα-
φλαγόνες, [d] καρβατίναις ἐποδεδεμένοι,
πολλὴν τὴν σκοροδάλμην ἐρυγγάνοντες, Ἰὴ
Ἀλέξανδρε.

Πολλάκις δὲ ἐν τῇ δαδουχίᾳ καὶ τοῖς μυ-
στικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ
ἐξεπίτηδες, χρυσοῦς διεφάνη, δέρματι,
ὡς εἰκός, ὅπου χρύσεα ἐστεθέντι, καὶ
πρὸς τὴν αὐγὴν τῶν λαμπάδων ἀποστίλβον-
τι. ὥστε καὶ γενομένης ποτὲ ζητήσεως δύο
τισὶ τῶν μωροσόφων ὑπὲρ αὐτοῦ, εἴτε Πυ-

oculaque intercedebant in medio, & complexus; si vero minus multae essent faces, forte etiam quiddam eorum quae sub veste fieri solent, patratum est. Parvo autem interjecto temporis spatio rursus intrabat, ut Antistitem cerimoniarum decet, exornatus multo cum silentio: magnaque voce dicebat, *Io Glycon.* Succlamabant autem illum secuti, Eumolpidae nimirum & Ceryces quidam e Paphlagonia, carbatinis calceati, acrem allii odorem multum ructantes, *Io Alexander.*

40. Saepe autem in illa facum gestatione & mysticis saltationibus nudatum ipsius de industria femur, aureum apparuit, circumpositа, ut probabile est, pelle inaurata, & ad lucernarum splendorem refulgente. Itaque exorta aliquando disputatione de illo inter duos stultitiae illius consultos, *utrum*

Py-

a Κόλπων] Recte Edd. Κολπους P. b Ἰὴ] Nihil hic variare Edd. notat *M. du S.* neque hic, neque paullo post in ead. voce. c Κήρυκες] Κηρυκες minore litera Edd. priores, aeque ac mox καρβατίναις. d Καρβατίναις] Καρβατιδας *Fl.* male.

enim quos consului, ἑκάτερον omnes habent. *M. du S.*

92. Κόλπου] Cod. P. male habere κολπους notarat *Solan.* bene quidem eam lectionem reprehendit, si accentus ita positus. Et κόλπου singulare & genitiv. veram lect. esse non dubito, quia sic & alibi apud Nostrum; vid. saltem c. 26. hujus Dial. Interim & plurali numero κόλποι dicitur de unius hominis sinu, ut *Long. Past.* I. p. 27. Ed. *Jung.* Καὶ ὁ τίτυρος ὑπὸ τῶν κόλπων τὸ χλοῦν ἐπήχθησεν. Iterum ibid. p. 34. Ἐμπίπτει τι αὐτῆς τοῖς κόλποις. Rursus apud eumdem L. IV. p. 137. sive potius 145. Ed. *Moll.* (nam per errorem typogr. paginarum numerus vitiose est expressus) τὸν Χλοῦν ὑπὸ τοῖς κόλποις ἔχει. *Homer.* Il. I. sive IX. 566. Πρόχυσιν ποιεῖσθαι, δέπαστο δὲ δώμασι κόλπῳ. Adde & *Aelian.* V. H. XIII. 31. *J. F. R.*

96. Εὐμολπ. — κήρ.] Cereris mysteria respicit Athenis, in quibus pont. max. Hierophanta audiebat, duae etiam hae sacrae gentes. V. *Thucyd.* VIII. 53. & not. & *Corn. Nep.* in Alcibiade. *Iidemque illi Eumolpidae ac Ceryces rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant.* V. *Casaub.* ad Athen. XIV. 23. & *Clem. Alex.* II. 1. qui docet eorum originem. Adde & *Diog. Laërt.* p. 1. D. E. *M. du S.*

98. Καρβατίναις] Id est *viles crepidas.* Catull. *F. G.*

Καρβατίναις] Idem notat quod *Virgilio* crudus pero, Aen. VII. 690. *M. du S.*

Καρβατίναις] Carbatinae, sive Carpatinae soleae a crudo corio, a Caribus seu Carpathiis dictae, vid. *Voss.* ad Catull. p. m. 327. *J. F. R.*

99. Σκοροδάλμου] Vide *Aristoph.* Ἱππ. p. 298. qui primus hoc in Paphlagonibus risit. *M. du S.*

12. Βασιλεῦς Γλύκων] Ridet haud dubie titulum, quo fatui hominem *Glyconem* insignichant. *M. du S.*

13. Πυθαγόρου ψυχὴ &c.] Oppido lepidum Alexandri γόητος narrat Auctor factum. Nimirum in solemnibus, quas aliquando instituebat, Dei sui pompis, forte an industria, detexerat femur suum, quod plane videbatur esse aureum. Hinc ubi a quibusdam quaereretur, utrum Alexander ille προφήτης haberet animam Pythagorae; an Pythagoreae animae similem; fecit ut oraculum a Glycone (ita appellabat Deum suum) ederetur his versibus;

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲ φθίνει, ἄλλοτε δ' αὖξει.
Ἡ δὲ προφητεία, δίης φρενὸς ἐστὶ λαμπρᾶς.
Καί μοι ἐπιμίγνυ πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαοιδός.
Ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κραναῖς.

Hi versus haud dubie sunt mutili, nec non perperam interrupti. In versu tertio excidit, forte ἀνδρῶν. Deinde illud καὶ πάλιν divisum (nam ita divisum legitur in omnibus, quas vidi, editionibus) facit, ut videantur duo diversa oracula. Id tamen unum fuisse arbitror, legendumque junctim,

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲ φθίνει, ἄλλοτε δ' αὖξει.
Ἡ δὲ προφητεία, δίης φρενὸς ἐστὶ λαμπρᾶς.
Καί μοι ἐπιμίγνυ πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαοιδός.

Καὶ

Pythagorae animam haberet propter aureum illud femur, an aliam illius similem? eamque quaestionem ad ipsum Alexandrum referentibus; Glycon rex oraculo dubitationem illam dissolvit:

Pythagorae vicibus mens alma peritque rediitque:
Vatis at est animus Joviali e mente profugo:
Missus adest jussu patris auxiliator honestis,
Et redit ad patrem Joviali fulmine tactus.

Πυθαγόρᾳ ψυχὴν ἔχοι ἀφ' ὑ χρυσοῦν μηρόν, εἴτε ἄλλην ὁμοίαν [e] αὐτῇ, καὶ ὑ ζήτησιν ταύτην αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐπανενεγκόντων, ὁ βασιλεὺς Γλύκων χρησμῷ ἔλυσε ὑ ἀπορίαν·

Πυθαγόρᾳ ψυχὴ, ποτὲ μὲ φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξει.
Ἡ δὲ προφητεία, [f] δίης Φρενός ἐστιν ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν [g] ἀνδρῶν ἐπαρωγόν.
Καὶ πάλιν ἐς Διός εἶσι, [h] Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

41. Cum pueri concubitu omnibus interdiceret, tanquam re impia, ipse tale quid vir ingeniosus commentus est. Civitatibus Ponticis atque Paphlagonicis injunxit, ut divini cultus ministros sibi in triennium mitterent, qui laudes Dei apud se canerent: oportebatque probatos ac praelatos caeteris

Προλέγων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι [i] παιδίων συνουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὄν, αὐτὸς τοιόνδε τι ἐμηχανήσατο. ταῖς γὰρ πόλεσι ταῖς Ποντικαῖς καὶ ταῖς Παφλαγονικαῖς, ἐπήγγειλε [k] θεοπρόπους πέμπειν ἐς τριετίαν, ὑμνήσοντας παρ' αὐτῷ ὑ θεόν. καὶ ἐδόκιμαζόντας, καὶ προκριθέντας τῶν εὐγενε-

ςά-

[e] Αὐτῇ] Sic *Ald. Fl. H. P. B2. S.* Αὐτῷ *J.* & P. cum marg. *A1.* [f] Δίης] Sic Edd. plurimae. Διὸς *J.* & marg. *A1.* Διὸς *Schol.* [g] Ἀνδρῶν] Sic recte *Fl.* & P. Deerat in *J. H. B2. Ald. S.* Sed & additum in marg. *A1W.* [h] Διὸς βληθ.] Διὸς μεγάλου βλ. *Pell.* male. vid. nott. ad καὶ πάλιν. [i] Παιδίων] Ita esse in *J. Fl. H. B2.* nott. *M. du S.* Sed & est in aliis. [k] Θεοπρόπους] Sic Edd. plurimae. Θεοπείλους *Fl.* Θεοπτόλους Θεοπείλους adscriptum marg. *A1W.* [l] Ὑμνήσοντας] Ἡμνησ. *J.* male.

15. Δίης] Ἥτοι Διός. *V.*

Καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Anima scilicet Alexandri vatis, quam pater misit auxilio hominibus piis, iterum se in domum Jovis recipiet, fulmine Jovis icta. Id enim de se jactabat Alexander ille, se denique fulmine ictum, morituum: ipse id narrat Lucianus infra c. 59. προειπὼν δὴ (Ἀλέξανδρος) ἀφ' ὧν χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ζήσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεραυνῷ βληθήσεται, ἀπόλοιτο. *Ubi vero praedixisset Alexander per oraculum de se ipso, centum & quinquaginta annos vivere fato sibi destinatum esse, deinde fulmine ictum, mori.* *J. F.*

Πυθαγόρᾳ ψυχὴ] Vid. quae *La Croze* supra habet ad *c. 33.* *J. F. R.*

15. Δίης] Etsi eodem redit, legasne Δίης an Διὸς, cum Schol. Ego Διὸς tamen praeferrem, ut sic adcuratius respondeat sequenti ἐς Διὸς, ac sic dicatur *ex Jove orta anima ad Jovem* redire: verum quia forent qui ter repetito Διὸς & quadruplici exitu syllabae in ὶς acutae offenderentur, vulgatam non movi. *J. F. R.*

16. Ἀνδρῶν] Ed. *Fl.* sola. *M. du S.*

18. Καὶ πάλιν] Illud καὶ πάλιν in iis quas super hoc loco inspexi Editionibus, *P.* nimirum, *Ald. B2. J.* & *S.* male ita separatim colloeabatur, ac si ad versum non pertineret, & novus versus ab Ἐς Διὸς inchoabatur; in Latinis eod. modo, *& rursum*, inter versum tertium & quartum sic interjectum erat, quasi oraculum rursum coepisset altera vice novi quid canere; sed ex dimensione carminis id facile in sedem suam retraxi, ac vix operae foret id multis praedicare, nisi viderem alios etiam μεγάλου ante βληθῆσα inseruisse, quia videbant versum uno pede truncatum, qui tamen plenam habebat mensuram, ubi sic legatur, ut jam edi curavimus. His ita ordinatis, cognovi *Jensium* idem jam optime feciisse, in Lect. Lucian. p. 264. cujus verba tamen jam praemitto, ut ejus meritis nihil detraham. *J. F. R.*

Ibid. Ἐς Διὸς εἶσι] Deest pes integer huic versui, adscripserat Cl. *La Croze*, qui illud ἀνδρῶν in versu superiore etiam implendum monuerat. Scilicet ab Ἐς Διὸς versum quoque inchoari credebat Vir Clariss. At si jam a Καὶ πάλιν inchoetur, nullus pes deerit. *J. F. R.*

24. Θεοπρόπους] Varias lectiones hic exhibet *P.* Θεοπείλους, vel Θεοπτόλους, vel tandem Θεοπρόπους, ut in impressis est, nisi quod in *Fl.* Ed. Θεοπιείλους est. Ego Θεοπρόπους scriptum a Luciano crediderim; idque nomen

γάτους, καὶ ὡραιοτάτους, καὶ κάλλει διαφέρουσας πεμφθῆναι. ὃς ἐγκλείσας, ὥσπερ ἀργυρωνήτοις ἐχρῆτο συγκαθεύδων, καὶ πάντα τρόπον ἐμπαροινῶν. καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο, ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, μηδένα τῷ αὐτῷ στόματι δεξιᾶσθαι, μηδὲ φιλήματι ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προτείνων τὴν χεῖρα κύσαι, μόνους τοὺς ὡραίους κατεφίλει· καὶ ἐκαλοῦντο [a] οὗτοι οἱ ἐντὸς τοῦ φιλήματος.

Τοιαῦτα ἐντρυφῶν τοῖς ἀνοήτοις διετέλει, γυναῖκάς τε ἀνέδην διαφθείρων, καὶ παισὶ συνών. καὶ ἦν μέγα καὶ εὐκτὸν ἑκάστῳ, εἴ τινος γυναικὶ προσβλέψειεν· εἰ δὲ καὶ φιλήματος ἀξιώσειεν, ἀθρόαν τὴν ἀγαθὴν τύχην ᾤετο ἕκαστος εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῷ εἰσρυήσεσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ [b] ἠύχουν τεκεῖν παρ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄνδρες ἐπεμαρτύρουν ὅτι [c] ἀληθῆ λέγουσιν.

Ἐθέλω δέ σοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος, καὶ τοῦ [d] Σακέρδωτος, Τιανῆ τινος ἀνθρώπου, ὁποίου τινὸς τὴν σύνεσιν εἴσῃ ἀπὸ τῶν ἐρωτήσεων. ἀνέγνων δὲ αὐτὸν, χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν

generosissimos quosque, & formosissimos, & honestissimos mitti: quibus inclusis tanquam emtis pecunia sua utebatur, dormiens cum illis & omni genere intemperantis contumeliae in illos utens. Insuper legem tulerat, ne quis duodeviginti annis major inter salutandum complectendumque ipsum oscularetur; verum aliis manum ad osculum cum offerret, solos aetate florentes osculabatur: dicebanturque hi *intra osculum esse*.

42. Hunc ad modum stupidis hominibus ad delicias usque illudebat, corrumpendis, prout collibitum esset, mulieribus, & pueris constuprandis. Et magnum erat unicuique atque optabile, si cujus uxorem adspiceret: si vero osculo etiam dignaretur, confertim ut bona fortuna in domum suam influeret, futurum unusquisque putabat. Multae vero etiam se peperisse ex eo gloriabantur, & vera illas dicere, mariti illis testabantur.

43. Volo tibi etiam colloquium referre Glyconis & Sacerdotis, Tianensis cujusdam hominis, qui quam prudens fuerit, ex interrogationibus discere poteris. Legi autem illud *colloquium*, aureis literis scriptum in

[a] Οὗτοι] Deest in *Fl.* Adest in cett. & Cod. P. [b] Ἠύχουν] Ἠύχοντο male pro ηὔχοντο marg. *Aldi.* vel ηὐχοῦντο. [c] Ἀληθῆ] Ex *J.* Ἀληθῶς cett. minus recte. [d] Σακερδωτος] Sic Edd. Σακερδῶτος P.

34. Κῦσαι] Φιλῆσαι *G.*

men rei apprime convenit, & Alexandri consilio, qui forma eximium quemque puerum mitti volebat. *M. du S.*

30. Καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο] Supra in I. *Ver. Hist.* c. 15. ubi καὶ πιδίον δ' ἐποίησαν legitur, *Solanus* particulam δὲ expunxerat, jam intactam relinquit. Sed salva esto utroque loco. Etsi me supra faciliorem in ea expungenda ideo praebuissem, quia illic ter brevi intervallo δὲ recurrebat. Et ἐπεποίητο passivum pro activo recte quoque se habere, vid. ad I. *Ver. Hist.* c. 35. vers. 50. Adde *Homer.* Il. Δ. 107. ubi διδυμάων est *excipiens*. *J. F. R.*

31. Ὀκτωκαίδεκα ἔτη] Conf. supra Ις. β. c. 28. *M. du S.*

32. Φιλήμασι ἀσπάζεσθαι] Etsi vix operae est hunc morem aut phrasin aliis testimoniis confirmare; addam tamen quod Cl. *Hemsterh.* in marg. monet, videri posse *L. Bos* ad Ep. I. ad *Cor.* XVI. 20. ubi Apostolus ait: ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ad quae verba ille haec Luciani, & *Heliodor.* X. 27. adducit. *J. F. R.*

43. Ἠύχουν] Si ab εὔχομαι formatum esset hoc verbum, ἠύχοντο ex *marg. Ald.* recepissem, quia activum εὔχω non est in usu, nec εὐχέω satis probatum; sed quum sit ab αὐχέω, recte se habet vulgata. *J. F. R.*

45. Ἀληθῆ] Sic optime Ed. *J.* Reliquae ἀληθῶς. *M. du S.*

48. Τιανοῦ] Mox ἐν Τύῳ recte. Fuit & sacerdos nomine consul, anno Christ. 158. sed ab hoc diversus. *M. du S.*

50. Ἐν Τύῳ] Τύος πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου. *Steph.* Τύιον, τὸ, *Straboni*. *F. G.*

53. Ἐγὼ δ' ὁ Ἀσκληπιὸς τίς; ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον; πῶς λέγεις; ὦ Θ.] Quum sic distinguant omnes, & quidem non male, causa non fuit, cur in Latinis augerentur interrogationum notae, verterentque

in Tio urbe in domo Sacerdotis. Nempe, *Dic mihi*, inquit, *Domine Glycon, quis es? Ego*, inquit ille, *Aesculapius junior, diversus ab illo priore. Quomodo ais? Non fas est te hoc audire. Quot vero annos manebis apud nos & dabis responsa? Tres supra mille annos. Deinde quo te conferes? Bactra, & ad vicinam regionem: oportet enim barbaros etiam frui mea inter homines peregrinatione. Oracula vero reliqua, Didymaeum, Clarium, Delphicum, habent progenitorem meum Apollinem reddentem sibi oracula. Num mendacia sunt, quae ibi exeunt, oracula? Neque hoc scire postules, neque enim fas est. Ego vero quid ero post hanc vitam? Camelus, post equus, post vir sapiens, & Propheta non minor Alexandro.* Haec cum Sacerdote Glycon locutus est. In fine autem oraculum versu concluſum pronuntiavit, cum Lepido sodalem esse sciret:

Ne Lepido credas, tristis manet exitus illum.

Vehementer enim, ut ante dixi, metuebat Epicurum, tanquam hominem arte sua & sapientia praestigias ipsius oppugnantem.

Τίῳ, ἐν τῇ τῦ Σακέρδωτος οἰκίᾳ. εἰπὲ γάρ μοι, ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; ἐγὼ, ἦδ' ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον. πῶς λέγεις; θέμις ἀκῦσαί σε τῦτό γε. πόσα δὲ ἡμῖν ἔτη παραμενεῖς χρησμῳδῶν; τρίτον πρὸς τοῖς χιλίοις. εἶτα, ποῖ μέλλεις; ἐς Βάκτρα καὶ τὴν ἐκεῖ γῆν. δεῖ γὰρ ἀπολαῦσαι καὶ τὰς βαρβάρους ἐπιδημίας τῶν ἐμῶν τὰ δὲ ἄλλα χρηστήρια, τὸ ἐν Διδύμοις, καὶ τὸ ἐν Κλάρῳ, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς, ἔχυσι τὸν προπάτορα τὸν Ἀπόλλω χρησμῳδοῦντα, ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; μηδὲ τῦτ' ἐθελήσῃς εἰδέναι, θέμις. ἐγὼ δὲ τίς ἔσομαι μετὰ τὸν νῦν βίον; κάμηλος, εἶτα ἵππος, εἶτ' ἀνὴρ σοφὸς, καὶ προφήτης οὐ μείων Ἀλεξάνδρου. τοιαῦτα μὲν ὁ Γλύκων τῷ Σακέρδωτι διελέχθη. ὅτι τέλος δὲ χρησμὸν ἔμμετρον ἐφθέγξατο, εἰδὼς αὐτὸν Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα·

Μὴ πείθου Λεπίδῳ· ἐπεὶ οἱ λυγρὸς οἶτος ὀπηδεῖ.

Πάνυ γὰρ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς προεῖπον, ὡς τινα ἀντίτεχνον, καὶ ἀνθισοφιστὴν τῆς μαγγανείας αὐτῦ.

Era

e Δέσποτα] Δέσποτα male *P.* fola. *f* Διδύμοις] Sic recte *P. S. B1.* & 2. Δυδίμοις male *F. Fl. H. Fr. Ald.* g Πρεσβύτερον] Πατέρα *Fl.* h Χρησμῳδοῦντα] Χρησμοδοτοῦντα *F.* fola. Octo reliquae, ut edidimus.

70. Δεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα] Ἔφη γὰρ τὸν Δεπίδον τοῦτον εἶ Ἀμάστριδι καλοκἀγαθῶν Ἐπικουρείων ὄντα. *V.*

que *Num quis alius ab illo priore?* nam qui addit *νέος*, dubitari simul non potest, quin loquatur de alio, quam ante fuit: sed quomodo id contigerit, negat mox fas esse clarius noscere. Certe debent convenire. *Sponius* tamen quoque sic reddebat *Di-moi, Glycon, qui es tu? Je suis le nouvel Esculape. Es tu Esculape lui-même, ou quelqu'autre, qui lui ressemble? Il n'est pas permis de reveler ces mysteres.* *J. G.*

Ibid. Ἄλλος] Sic omnino distinguendum, uti a me factum est, neque enim ulla ratione passus fuerit Glycon, se alium ab Aesculapio priore dici. Hic autem in mentem venit de inscriptionibus, quae in tabula marmorea Romae in Aesculapii templo repertae, quasque Antonini tempore positas patet. V. *Fleetwood.* p. 38. quod in his oraculum indicatur, hoc ipsum Alexandri oraculum esse statuo. *M. du S.*

Ἄλλος] *Solanus* aliter distingui jubet, nec tamen in notis suis addit, quid igitur mutarit. Quare id paucis indicabo. In *Junt.* post *ἐγὼ* deerat comma, hoc ibi addidit, post *νέος* comma erat, id in punctum minus mutavit. At correcta illa distinctio jam comparebat in *Par.* quam expressimus. *J. F. R.*

60. Διδύμοις] Dictum supra est ad c. 29. V. *Ovid.* Met. I. 516. *M. du S.*

62. Χρησμῳδοῦντα] Ed. *J.* χρησμοδοτοῦντα. quae scriptura verior videtur; si quidem Lucianus suis ista verbis non scripserit, sed ipsius inscriptionis vere verba exhibuerit. v. *Suid.* apud quem ea vox reperitur. *M. du S.*

Χρησμῳδοῦντα] Sic c. 25. vers. fin. & hic paullo ante idem verbum ab omnibus scribebatur. *J. F. R.*

64. Μηδὲ τῦτ' ἐθελήσῃς εἰδέναι] Vid. *Philoponum* de creatione p. 183. L. IV. c. 20. *M. V. la Croze.*

70. Δεπίδῳ] V. supra c. 25. *M. du S.*

Ἕνα γοῦν τινα τῶν Ἐπικουρείων τολμήσαντα καὶ διελέγχειν αὐτὸν ὅτι πολλῶν παρόντων, εἰς κίνδυνον οὐ μικρὸν κατέστησεν. ὁ μὲν γὰρ προσελθὼν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Σὺ μέντοι γε, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸν δεῖνα Παφλαγόνα [a] προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτοῦ τῷ ἡγεμόνι τῆς Γαλατίας, ὅτι θανάτῳ ἀνέπεισας, ὡς ἀπεκλονότας τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παιδευόμενον, ὁ δὲ νεανίσκος ζῇ, καὶ ἐπανελήλυθε ζῶν μὲν τοὺς οἰκέτας ἀπώλειαν, θηρίοις ὑπὸ σοῦ παραδοθέντων. τοιοῦτον δέ τι ἐγεγένητο. [b] ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον ἄχρι τοῦ [c] Κλύσματος, πλοίῳ ἀναγομένῳ, ἐπείθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι, καὶ πειθόμενος ἐβράδυνεν, οἱ δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτοῦ, οἰηθέντες ἢ ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον, ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν, (πολλοὶ

44. Unum igitur quendam Epicureorum audentem etiam multis praesentibus ipsum confutare, in periculum non parvum adduxit. Ille enim accedens ait magna voce, *At tu, Alexander, Paphlagoni* (quem nominabat) *persuasisti, ut apud Praesidem Gallograeciae postularet servos suos ultimi supplicii, tanquam qui filium suum Alexandreae doctrinae causſa versantem interfecissent. Vivit autem adolescens, & salvus rediit post servorum interitum, bestiis a te objectorum.* Factum vero ejusmodi quid fuerat. Adolescens, qui adverso flumine navigarat in Aegyptum ad Clysma usque, solvente *commodum* navi persuaderi sibi passus est, ut & ipse navigaret in Indiam. Cumque cunctaretur, infelices illi servi ipsius, rati aut in Nili navigatione periisse adolescentulum, aut a latronibus, qui multi

[a] Προσαγαγεῖν] Προσάγειν P. & marg. A1. Vulgatam servant *J. Fl. H. P.* &c. [b] Ἀναπλεύσας] Sic *Fl. Ald. Fr. H. B2. S. P.* Ἀποπλεύσας *J.* [c] Κλύσματος] κλυσμ. minore *x* Edd. priorēs.

80. Ὦ Ἀλέξανδρε τὸν δεῖνα] Ἰσως ἐνδέχου τοῦ ἀνδρὸς ὄντος τέθνηκα τὸ κύριον * εἰκῆ παρητήσατο. *V.*

* Εἰκῆ] Illud εἰκῆ inseruit idem, sed mallem indicasset unde; nam quod verbum proximum παρητήσατο pro vulgato παρηγόρησε reposuerit, minus necessarium erat indicare ex quo fonte hauserit. *J. F. R.*

86. Θηρίοις] Conf. supra c. 2. hujus Dial. *M. du S.* *Ibid.* Ὑπὸ σοῦ] Jam demum recte Edd. sic scribunt, cum alibi perpetuo ὑπό σου & similia exhibeant, in encliticae accentu trajiciendo nimium diligentes, quem nos post praepositionem servamus cum adcuratioribus Grammaticis, ut supra T. I. jam diximus. *J. F. R.*

87. Ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι τοῦ κλύσματος πλοίου ἀναγομένου] *Cum adolescentulus in Aegyptum amne adverso navigasset, provecto ad inundationem usque navigio.* Ita vertit *Erasmus.* At si Ptolemaeum consuluisset, L. 4. tab. Afr. 3. didicisset Κλύσμα esse nomen proprium loci in litore maris Rubri, ubi praesidium erat; dicitur enim φρούριον ibi, & ut ex hoc loco conjicio, ubi navigia per Nilum & Ptolemaeum fluvium, qui a Trajano renovatus & repurgatus fuerat, adducebantur ἀπήγοντο, & sic navigatio in Indiam fiebat. Idcirco lege cum majuscula Κλύσματος, & verte, *usque ad Clysma adducto navigio.* Non dubito autem id nomen fuisse a Graecis impositum ei loco, Ptolemaeis regnantibus, ob accessiones maris Rubri, quae illuc penetrabant, & eum locum ἔκλυζον lavabant. Vide quae notavi ad *Strabonem* pag. 804. *J. P. a G.*

Ἀναπλεύσας] Videtur *Solanus Juntinae* lectionem secuturus fuisse, quae ἀποπλεύσας habet; quod quidem non improbassem; sed unam reliquis omnibus hic praevalere nolui, quum & illarum lectio non modo commodum sensum exhibeat; verum si ab Alexandria is adolescens ad reliquas Aegypti partes navigavit, certe adverso flumine adscendit, ac tum ἀναπλεύσας longe rectius altero, & magis congruum altero ἀναγομένου. *J. F. R.*

88. Κλύσματος] An usque ad loca inundari solita? *F. G.*

Κλύσματος πλοίου ἀναγομένου] *Palmerii* notam vidisti doctam sane; sed monendus es, ne tam facile credas ei asserenti, navigationem per Aegyptum e mari mediterraneo sic continuari potuisse. Res enim ea aliquoties frustra tentata, eo tandem rediit, ut per Nilum mercibus quam fieri poterat longissime vectis, terrestri tandem itinere ad mare rubrum deportarentur, unde in Indiam nova jam instituebatur navigatio. Consule Cl. *Humphr. Prideaux* Hist. P. II. L. II. p. 70. & seq. Gallicae versionis nostrae T. III. p. 114. & seqq. Quid ergo fiet, inquies, verbis istis Luciani satis aperte indicantibus sola navigatione e mari mediterraneo per Aegyptum Indiam ab hoc petitam? Ego,

ti tum erant, ſublatum, redierunt, amiſſum illum nuntiantes. Tum *ſecutum eſt* oraculum, & condemnatio, poſt quam adfuit juvenis, ſuam peregrinationem enarrans. Haec ille dixit.

45. Alexander vero indigne ferens ſe redargui, veraeque reprehenſionis impatiens, juſſit, qui praeſentes erant lapidibus illum petere, alioquin ipſos quoque devoti capitis futuros, ejusque adjutores vocatum iri. Cum jam lapidare inciperent, Demoſtratus aliquis peregrinatus in Ponto, circumfuſus primum homini, morti illum eripuit, cum parum abeſſet, quin obrueretur lapidibus: merito ille quidem. Quid enim referebat ſolum ſapere inter tot inſanientes, & luere alienam Paphlagonum ſtultitiam? Et haec de illo ejusmodi *erant*.

46. Si vero eorum alicui, qui advocarentur ordine oraculorum (fiebat autem hoc

d δὲ ἦσαν τότε) ἀπῆλθον, ἐπαπῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ τὸ ἀφανισμόν. εἶτα ὁ χρησμὸς, καὶ ἡ καλαδίκη· μεθ' ἣν ἐτέρη ὁ νεανίσκος, διηγούμενος τὴν ἀποδημίαν. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀγαναχτήσας ὅτι τῷ ἐλέγχῳ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὀνείδους τὴν ἀλήθειαν, ἐκέλευε τοὺς παρόντας λίθοις βάλλειν αὐτὸν, ἢ καὶ αὐτοὺς ἐναγεῖς ἔσεσθαι, καὶ e Ἐπικύρους κληθήσεσθαι. τὸ δὲ βάλλειν ἐξαρχόντων, Δημόστρατός τις ἀποδημῶν f τῷ Πόντῳ, πρῶτος ἐπιχυθεὶς, ἐρρύσατο τὸν ἄνθρωπον τοῦ θανάτου, μικροῦ δεῖν καλαλευσθέντα, πάνυ δικαίως. τί γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μεμηνόσι, καὶ ξυμπαραλαῦσαι τὴν Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον, τοιαῦτα.

Εἰ δέ τινι προσκαλεσαμένων κατὰ τάξιν τὸ χρησμῷ (πρὸ μιᾶς δὲ τοῦτο τὰ θεσπίζειν ἐγί-

d Δὲ] Sic omnes praeter *F.* quae *Φ*. e Ἐπικύρους] Sic Edd. omnes, excepta *F.* quae ἐπικούρους. f Τῷ Πόντῳ] Τοῦ Πόντου P. & L.

go, ut verum fatear, Lucianum hic erraſſe puto, videnturque enim haec verba id indicare factum, quod tota vetus hiſtoria fieri potuiſſe negat. Niſi forſan verba ejus corrupta ſint. Sed in libris quidem noſtris nihil ſubſidii comperio. *M. du S.*

Κλύσματος] Interpretum errorem, Κλύσμα urbis nomen eſſe neſcientium, praeter *Palmerium* caſtigavit praeſertim *Bochartus* in Phaleg. 2, 18. Sed ἀνάγεσθαι ipſi quoque non recte videntur cepiſſe, quod ad primam illam verſus *Clyſma* navigationem referrent. Obſervat, & de Clyſmate quae ſciuntur tradit omnia, decus literarum noſtrarum *Petrus Weſſelingius* ad Hieroclis Synecdemum p. 728. ſeq. Interpretatio noſtra & verbis Luciani ſatisfacere nobis videbatur, conſtantique uſui verbi ἀνάγειν, quod *ſolvere*, *navigationem incipere* ſignificat; & Geographicae obſervationi nulli contradicere. Clyſma portum Aegyptium fuiſſe in litore maris Erythraei, conſtat inter omnes. Juvenis hic, Alexandreae qui vixerat, invectus oſtio Canopico Nili adverſo flumine pervenire poterat ad vertieem usque τῆς Delta, atque inde Trajani foſſa navigare in mare Erythraeum, & litus legendo adire portum Clyſmatis, unde navigare ad Indos ſolebant, etiamſi is intervallo LX. M. P. a capite foſſae Trajani abfuit. *F. M. G.*

92. Διεφθάρθαι] Sola *Amſt.* male διεφθάρθοι, quod in marg. correxit *M. V. la Crozo.*

94. Γὰρ] Ed. *F.* in aliis Δὲ. *M. du S.*

Δὲ] Cur illud *Φ* pro Δὲ non receperim, vid. mox ad c. 46. No. 13. *F. F. R.*

4. Ἐπικούρους] Mallem Ἐπικουρίους ut cap. ſeq. *M. du S.*

Ἐπικούρους] Si conſtans ſit lectio Ἐπικούρους, nec novi, qui habeat ἐπικουρίους, non dubito, ad ipſam appellationem reſpexiſſe vel Lucianum, vel ipſum adeo Alexandrum: idque expreſſi, cum ambiguitatem non ferat Latinus ſermo. Qui non puniret olim hereticum hominem, & ulciſceretur, vocatus licet, ſanctam matrem eccleſiam; ille quo in periculo fuerit, ſatis conſtat. Ἐπίκουρον proprie eſſe, qui adjuvet oppugnatum ab aliis, obſervat Schol. ad Il. B, 130. *F. M. G.*

Ἐπικούρους] Hoc majorem emphaſin habet, quam ſi adjective efferatur; nonnihil tamen ex emphaſi amittit, quum plurali num. profertur, ideoque adſentior *Solano* ex cap. ſeq. argumentanti. Nihil vero muto, etſi Interprett. priſtini ſubſtantivum in Graeco ſervantes, tamen *Epicureos* verterunt. *F. F. R.*

14. Κατὰ τάξιν] Conf. ſupra c. 19. *M. du S.*

13. Μιᾶς δὲ] *Solanus* ſupra c. 44. πολλοὶ δὲ, in *Φ* mutarat, ex una *F.* Ego id ſtudio neglexi; nam ſi id ibi falſum, & hic male ſe haberet; cum igitur hic nihil mutet, etiam ſupra intactum relinquatur. Sic *Hom.* Il. Z. 47. δὲ quoque uſurpat, ubi & *Φ* locum habuerat; & ubi id in *Φ* propter verſum non poteſt mutari. Cum enim magnum liberationis pretium promiſiſſet,

ἀγίγγελο,) ἢ ἐρομβώ τῷ κήρυκος εἰ [a] Θεσπίζοι; [b] τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν Ἐς κόρακας, οὐκ ἔτι τ τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς, ἢ ὕδατος ἐκοινώνει, ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, ὡς ἀσεβῆ, ἢ ἄθεον, ἢ Ἐπικούρειον· ἦν γὰρ ἡ μεγίστη λοιδορία.

Ἓν γοῦν γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Ἀλέξανδρος· εὑρὼν γὰρ τὰς Ἐπικούρου κυρίας δόξας, τὸ κάλλιστον, ὡς οἶδα, τῶν βιβλίων, καὶ [c] κεφαλαιωδῶς περιέχον τὰ τἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, κομίσας εἰς τ ἀγορὰν μέσην, ἔκαυσεν ὅτι ξύλων συκίνων, ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τ σποδὸν εἰς θάλασσαν ἐξέβαλεν, ἔτι ἢ χρησμὸν ὀπισθεγξάμενος.

pridie quam responderet) atque interrogante praecone, *An responderet?* intus diceret: *Ad corvos!* hunc talem neque tectum amplius recipiebat, neque ignem ei neque aquam impertiebat quisquam; sed cogebatur e terra una vagari ad aliam, tanquam impius homo, & atheus, & Epicureus, quod quidem maximum erat convicium.

47. Unum ergo maxime ridiculum fecit Alexander. Cum inveniſſet ſententias Epicuri principes, pulcherrimum, quod noſti, illius librorum & capitalem, qui placita ſapientiae hujus viri contineat, in medium forum prolatas ficulneis lignis crematvit, quaſi ipſum videlicet exureret, & in mare abjecit cineres, oraculo adjecto:

Edi-

a Θεσπίζοι] Θεσπίζει *Fl.* b Τῷ] Τὸ vult *Marc.* Nil mut. Edd. c Κεφαλαιωδῶς] Ex emendat. *Selani.* Κεφαλιῶδες *J.* Κεφαλαιώδη *Fl.* Κεφαλαιῶδες reliquae.

17. Ἀλλ' ἴδει γῶν πρὸ γῆς] Γῶν πρὸ γῆς. τοῦτο εἰώθει λέγειν * Ἀθηναῖος, ἀντὶ τοῦ κατὰ πόσης τ γῆς, ὁ φαμὲν τόπου ἐπὶ τόπου. *V.*

* Ἀθηναῖος] Sic recte V. pro Ἀθηναῖ, quod erat in Ed. *Clerici.*

† Θεσπίζοι] Διασώσαι male in Editis. Correxit ex ingenio *M. du S.*

‡ Ἐπὶ κακῷ] Ἐπικακῶν peſſime Edit. Ἐπὶ κακῷ V. unde ἐπὶ κακῷ fecit *M. du S.*

fiſſet, ſtatim ſubjicit: Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται. Quod Cl. *S. Clarke* reddidit: *multae utique res pretioſae in divitis patris domo reconditae jacent.* Recte; ſed an *enim* non etiam hic eodem rediret? *J. F. R.*

14. Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος εἰ Θεσπίζοι, τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν εἰς κόρακας] Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος, εἰ Θεσπίζοι; τὸ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, εἰς κόρακας. *Th. M.*

15. Τῷ δὲ] Forſan τότε. *F. G.*

18. Γῶν πρὸ γῆς] (Significat *ſolum vertere*, γῶν πρὸ γῆς *cogito* i. e. *de fugiendo*, *Cicer.* ad Att. *Vorſt.*) & *Cic.* de nat. deorum I. *M. du S.*

Ἐλαύν.] Ἐλαύνειν γῶν *pervagari terram.* Sic infra *Rhet. pr.* c. 5. Et *Aelian.* I. 33. *J. F. R.*

22. Ἐπικούρου κυρίας δόξας] *Epicuri ratas ſententias*, quas *Diog. Laërt.* integras exhibet in vita Epicuri. *M. V. la Croze.*

Ibid. Κυρίας δόξας] V. *Diog. Laërt.* 273. D. *M. du S.*

24. Κεφαλαιωδῶς] Hanc vocem emaculavimus, quae in omnibus antea κεφαλαιῶδες legebatur, niſi quod in *Fl.* legitur κεφαλαιώδη. *M. du S.*

26. Συκίνων] Ex ligno ficulno fumum exiſtere acerrimum ac moleſtiſſimum *Plut.* in Sympoſ. perhibet. Si qua igitur ratio Alexandrum Pſeudomantem impulit, ut Epicurei *κυρίας δόξας* ficulnis cremaret lignis, ea (ut opinor) fuit, non ut eum nullius pretii philoſophum judicaret. *G. C.*

Συκίνων] V. *ἀπαιδ. σ.* ubi *συκίνη γνώμη* & *Brod.* p. 501. Theſ. Cr. II. Vol. *M. du S.*

32. Τοῖς ἐντυχοῦσιν] Conf. infra cap. ult. hujus Dial. *M. du S.*

38. Ὑπὸ δυοῖ] Male Cod. Angl. ὕδατι. *J. B.*

Ibid. Δυοῖ] Eſt etiam in P. L. & Ed. *J.* ut in Angl. ὕδατι. In reliquis δυοῖ, uti *Mor.* c. 7. Φιλοψ. c. 12. ideoque ſervavi. P. non agnoſcit ὑπὸ, quod ideo rejecimus. *M. du S.*

Δυοῖ] Qui ὕδατι introduxere, forſan decepti ſunt a voce ſequente *σκύλλῃ*, quam pro *σκύλλῃ* monſtro marino accipientes, aquam etiam, non ignem addendum credidere. De illo autem luſtrandi ritu ope *taedae & ſcillae*, vid. ſupra T. I. p. 466. ſive *Necyom.* c. 7. ibique notam Cl. *Hemſterh.* 76. *J. F. R.*

44. Καὶ τ Ῥοντιλιανὸν] Intellige generum habens. *F. G.*

Καὶ τ Ῥοντ. εἰδ. πάροδον] Sic omnes libri, niſi quod in *Fl.* Cod. *Bourd.* deſunt εἰδωλοποιοῦντα πάροδον, in ejusdem vero loci impreſſo poſterius vocabulum omittitur. In P. non eſt ἢ. Locus eſt ſane difficilis, &, ut mihi quidem videtur, corruptus. Si enim vulgatam ſcripturam ſequare, quid erit, ἐπὶ τ Ῥοντιλλιανὸν

Edico decreta ſenis comburere cæci;

Ignorabat nempe homo execrabilis, quantorum bonorum liber ille legentibus cauſſa fiat, quantam in illis pacem, tranquillitatem, libertatem efficiat, qui a timoribus, & ſpectris, & prodigiis non minus, quam a ſpe vana & non neceſſariis cupiditatibus eos liberet; ſed intelligentiam & veritatem inſerat, & vere mentes purget non face, aut ſquilla, & nugis ſimilibus, ſed recta ratione, & veritate, & libertate.

48. Inter reliqua vero unum quoddam & audaciſſimum facinus impuri hominis audi. Cum aditus faciles haberet ad Regiam atque aulam, & Rutilianum gratia florentem, mittit ad illum oraculum vigente bel-

30. Πυρπολέειν κέλομαι δόξας ἀλαοῖο γέροντος.
Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυχοῦσιν αἴτιον γίγνεται, καὶ ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην, καὶ ἀταραξίαν, καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δειμάτων καὶ φασμάτων, καὶ τεράτων ἀπαλλάττον, καὶ ἐλπίδων ματαίων, καὶ ἀσυντάκτων ἐπιθυμιῶν· νῦν δὲ καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, καὶ καθαίρον, ὡς ἀληθῶς, τὰς γνώμας, [d] οὐ δαδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ταῖς τοιαύταις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ παῤῥησίᾳ.

Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἔν τι καὶ μέγιστον τόλμημα τῆς μιαρᾶς ἀνδρὸς ἄκουσον· Ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίδασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν αὐλὴν, [e] καὶ τὸν [f] Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα [πάροδον,] ἀφικέσθαι χρησμὸν τῆς ἐν

45. τὰ [πάροδον,] ἀφικέσθαι χρησμὸν τῆς

[d] Οὐ δαδὶ] Οὐχ ὑπὸ δαδὶ Edd. *H. P. Ald. Fl. B2. Fr. S.* Ὑπὸ ὕδατι *J.* marg. *Ar.* Et Codd. A. L. Ὕδατι fine ὑπὸ P. [e] Καὶ τὸν] Sic Edd. omnes. Sed *Pell.* καὶ delet. [f] Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Deſunt haec duo in P. πάροδον etiam omittit *Fl.*

ὐν πάροδον. Aut ipſe Rutilianus πάροδος? *Aditusne* ad *Rutilianum*, aut *ipſum Rutiliani aditum*? At πάροδος, etſi hoc apud alios alicubi ſignificare comperiatur, apud Lucianum paullo aliter uſurpatur, de iis, qui publice dicturi prodeunt. Vide finem *Herc. Gall.* c. 7. Sed demus ſic ſumi, an de Rutiliano, ut de Imperatore locuturum cenſes Lucianum? aut *ipſum aditum* eſſe dices. V. omnino *Dem.* Phil. III. Neutrum ego facile admiſerim. Dicam itaque, quod ſentio, tu judica. Scripſerat Lucianus ἀφὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν τὸν γαμβρὸν. Vel ſi hoc nimis recedere videbitur, πρὸς τὸν γαμβρὸν. lege πρόσοδον. (ut in innumeris Luciani locis occurrit) hoc ſenſu, *gratia generi ſui Rutilliani*. Vel *patroni ſui*. *Vorſtius* παρ' οὗ malebat, uti ap. *Ignat.* emendandum cenſeo p. m. 125. B. Quidquid ſit; haec enim jam in medio relinquo, facile ceſſurus, ſi quid melius proferatur; in iis quae mox ſequuntur, duo haec diligenter obſervanda ſunt. Primo *M. Aurel.* cum haec ſcriberentur, mortuum, cum Lucianus eum *Divum* vocet. Secundo, bellum de quo deinceps ſermo eſt, geſtum anno circiter CLXX. & ſeqq. usque ad annum CLXXIV. vel CLXXV. Ex quibus jam certe de Luciani aetate conſtat. Sed de hoc paullo poſt plura. *M. du S.*

Ibid. Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Haec deſunt in Flor. Cod. *J. B.*

Εὐδοκιμοῦντα πάροδον] Ubi in vulgatis editionibus legitur: Ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίδασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, ἀφικέσθαι χρησμὸν, τῶν ἐν Γερμανίᾳ πολέμων ἀκμάζοντος. duas voces, εὐδοκιμοῦντα πάροδον, deeſſe Flor. Codici, notat *Bourdelotius*. In editione tamen Florentina omiſſo τῶν, πάροδον, conſpicitur τὸ, εὐδοκιμοῦντα. Voce πάροδον ſatis poſſumus hic carere: nec quid illa ſibi hic velit, perſpicio. *J. J.*

45. Πάροδον] Τὸ πάροδον gloſſema videtur τῷ ἐπιβασιν e margine in contextum traductum. *F. G.*

Πάροδον] Includendam puto πάροδον, aut potius plane ejiciendam Florentinae editionis auctoritate, tanquam gloſſam, ad ἐπίδασιν, rarioris uſus nomen, relatam, quam προσαγωγὴν etiam dicere licuiſſet. *J. M. G.*

Πάροδον] Adparet & Cl. *Geſner.* hoc vocabulum cum *Jenſio* ejectum velle, quod in verſione id non attigerit; nec ego ingererem, ſi abeſſe a pluribus viderem. Poſſes autem παρόδιον legere, ac vertere: *habens Rutilianum adjutorem*. pro *fulcro* enim columnae, ex *Plat.* Dom. *Kuhn.* ad *Polluc.* VI. S. 121. adfert, uncinis tamen ſecluſi ut ſuſpectum. Alioqui cum πάροδος ſignificet carmen quod chorus primus in theatro canebat, vid. *Kuhn.* & *Jung.* ad Polluc. IV. 7. 53. p. 374. (Sic enim pro πάροδος recte ſcribendum docet ille; nam ibid. IV. c. 15. ſegm. 108. ipſe *Pollux* ad etymologiam vocabuli ducit ſcribens: καὶ ἡ μὲν ᾠδὴ τῷ χορῷ πάροδος καλεῖται.) Ut itaque *prologus* tam de oratore ipſo quam de ſermone accipitur: ita poſſis & πάροδος utrovis more accipere, & cogitare an *Rutilianus* non item hic dicatur *praecentor* Alexandri, qui praeſtigiatori ſuo praeludat ac populum alliciat? Sed totum πάροδον ejicere, quam nimis argutari malo. Si vero probare poſſem, id *introductorem* ſignificare, omnino retinerem. *J. F. R.*

ἐν Γερμανίᾳ πολέμῳ ἀκμάζοντος· ὅτε θεὸς Μάρκῳ ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κυάδοις συνεπλέκετο. ἠξίου δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας εἰς τὸν Ἴστρον μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων, καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄμεινον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸ χρησμόν.

Ἐς δίνας Ἴστροιο [a] διπτετέος πολιμοῖο,
[b] Ἐμβαλέειν κέλομαι δοιὼ Κυβέλης θεράποντας,
Θῆρας ὀρειτρεφέας· καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς ἀὴρ
Ἄνθεα, καὶ βοτάνας εὐώδεας· αὐτίκα δ' ἔσται
Νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἅμ' εἰρήνῃ ἐραλεινῇ.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας, ἐκπεμφθέντας εἰς τὸν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατεργάσαντο, ὡς τινας κύνας, ἢ λύκους ξενικούς. αὐτίκα δὲ τὸ μέγιστον τραῦμα τοῖς ἡμετέροις ἐγένετο, [c] δισμυρίων που καὶ δέον ἀθρόων ἀπολομένων. εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυληίαν γενόμενα, καὶ ἡ πᾶσα μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἀποβεβηκὸς τὴν Δελφικὴν ἐκείνην ἀπολογίαν, καὶ τὸν τοῦ Κροίσου χρησμὸν [d] ψυχρῶς παρῆγε, νίκην μὲν γὰρ προειπεῖν τὸν θεὸν, μὴ μὴν δηλῶσαι, Ῥωμαίων ἢ τῶν πολεμίων.

Ἤδη δὲ πολλῶν [e] ἐπιῤῥεόντων, καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς θλιβομένης ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων, καὶ

lo Germanico, cum Divus Marcus jam Marcomannis & Quadis esset implicitus. Postulabat autem illud oraculum Leones duo conjici vivos in Istrum multis cum aromatis, & sacrificiis magnificis. Sed melius est ipsum ponere oraculum:

Istri vorticibus, lapsis divinitus undis,
Praecipitare duos Cybeles, edico, ministros
Montibus eductos: & , quos alit Indicus aër
Flores, atque herbas fragrantes, evenietque
Mox victoria, maxima gloria, paxque benigna.

Factis autem hisce uti jusserat, leones cum in hosticum enatassent, lignis confecere barbari, uti canes quosdam, aut lupos peregrinos: statimque maximum vulnus nostri accepere, vicies mille fere uno loco amissis. Deinde consecuta sunt ea, quae ad Aquileiam contigere, urbsque illa pene capta. At ille ad eventum *excusandum*, Delphicam illam defensionem, & Croesi oraculum frigide protulit, victoriam nempe praedixisse Deum, neque tamen declarasse, Romanorumne ea esset an hostium?

49. Jam vero confluentibus multis, ipsaque urbe pressa a multitudine venientium ad oraculum, nec satis rerum necessariarum ha-

a Διπτετέος] Διπτ. *Vorst.* Nil mut. *Fl. Ald. J.* P. B2. H. b Ἐμβαλέειν] Ἐσβαλέειν *J.* sola. c Δισμυρίων] Δυσμ. *J.* male cum *Ald.* & reliqq. d Ψυχρῶς] Sic P. & Edd. plurimae. Ψυχρὸς *Fl.* male. e Ἐπιῤῥεόντων] Ἐπισυρρεόντων marg. *Alii.* Ἐπὶ πολλοῦ ἐπισυρ. P. & A. Nihil mut. Edd.

47. Μάρκος] Vixit post Marcum Lucianus. Hanc historiam vid. depictam in *Col. Antonina*, pag. 13. *M. V. la Croze.*

59. Γενομένων] Facessent jam, qui M. Aur. Antonino nullis hujusmodi superstitionibus, auctore *Xiphilino*, umquam succubuisse putant. Manifesto hic deprehenditur superstitionis absurdissimae reus. In iis etiam quae de legione Fulminatrice vulgo feruntur, quomodocunque demum gesta sint, aut ad magicas artes, aut ad religionem incognitam confugisse conjicitur. V. etiam *J. Capitol.* in M. Aur. XIII. ubi *tantum hujus belli terrorem fuisse* ait, *ut undique Sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni genere lustraverit, retardatusque a bellica profectione sit.* ut ergo haec quae hic a Luciano narrantur, non sint ab ipso Marco facta, quod historiae credo repugnat, in illis certe arguetur. Conf. *Baron.* ad an. Chr. 171. & qui eum citat, auctorem *M. Aur.* operibus ejus praefixae. *M. du S.*

63. Τραῦμα] Vid. Ep. *Marci* ad calcem *Apol.* 4. *Justini.* *M. V. la Croze.*

Ibid. Δισμυρίων] Aliter rem narrat *J. Capitol.* in M. Aur. Ant. XIV. cum enim Aquilejam usque venisse hostes dixisset, exercitus partem cum Furio Victorino Praefecto praetorio interiisse ait. *M. du S.*

68. Κροίσου χρ.] V. Z. Tp. c. 20. *M. du S.*

72. Πολ-

habente, oracula excogitat, quae nocturna vocaret. Sumtis enim libris, incubabat, prout dicebat, & quasi per quietem audita a Deo respondebat *oracula*, non tamen aperta pleraque, sed ambigua & perturbata; in primis si quando videret curiosius obsignatum libellum. Periculum enim *aperiendi* non subiens, quidquid in mentem veniret, subscribebat temere, oraculis illud quoque convenire ratus. Et erant constituti ad hoc ipsum interpretes, qui mercedes non tenues acciperent, interpretationis & explicationis caussa, ab his, quibus talia oracula reddita fuerant. Hoc quoque illorum opus tributarium erat: pendebant enim interpretes Alexandro talentum unusquisque Atticum.

50. Interdum vero, licet neque interrogaret quisquam, neque missus esset, quin neque omnino esset, (*ad quem pertineret oraculum*) oracula fundebat ad stuporem hominum insipientium: quale est hoc quoque:

Scire cupisne tuam quis nuptam, Calligeniam,
In stratis furtim subigat tecta sub herili?

Servus Protogenes, is, cui tute omnia credis.
Is tibi quod dederat, dat ei rursus tua conjux,

75 τὰ ὀπτάδεια ἀφορμὴ μὴ ἐχόσης, ὀπτῶσι τὰς νυκτερινὰς καλουμένας χρησμούς. λαμβάνων γὰρ τὰ βιβλία, ἐπεκοιμᾶτο, ὡς ἔφασκεν, αὐτοῖς, καὶ ὃς ἂν ἄρας ὧδε τῶ θεῶ ἀκούων ἀπεκρίνετο, ἃ μυστικῶς σαφεῖς τὰς πολλὰς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλους, καὶ τεταραγμένας, καὶ μάλιστα εἴ τῶν θεάσαιτο βαρυτέραν τὸ βιβλίον καὶ ἐσφραγισμένον. ἃ γὰρ [f] παρακινδυνεύων τὸ [g] ἐπελθὸν ἄλλως ὑπέγραφε, χρησμοῖς πρέπον καὶ τοῦτον οἰόμενος· καὶ πολλοί τινες ἐξηγηταὶ ὀλίγου τούτῳ καθήμενοι, καὶ μισθὸς οὐκ ὀλίγους ἐκλέγοντες ὧδε τοὺς τοιούτους χρησμοὺς [h] ἀπολαμβάνοντες ὅτι τῇ ἐξηγήσει καὶ ἀφελοῦσί αὐτῷ· καὶ τοῦτο αὐτῷ τὸ ἔργον 90 ὠνόμαστο ἦν. ἐτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τάλαντον Ἀττικὸν ἑκάτερος.

Ἐνίοτε δὲ, μήτε ἐρομένου τινὸς, μήτε πεμφθέντος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὄντος, ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπληξιν τῆς ἀνοήτου, 95 οἷον καὶ τοῦτο·

Δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα πάγχυ λελῃθὼς
Καλλιγένειαν ὑπὲς λεχέων σαλάγῃ χτ' δῶμα

Δοῦλος πρωτογενὴς, τῷ δὴ σύ γε πάντα πέποιθας.
Ὠπτίες γὰρ ἐκεῖνον, ὅθ' αὖθις σὴν ὧδ' ἄκοιτιν,

Ἀν-

f Παρακινδυνεύων] Παρανεῦν P. aut L. (Sic expressis verbis signante *Solano*) Παρακινδύνων male A. Παρακινδυνεύων *Fl.* Vulgatam habent cett. *g* Ἐπελθὸν] Sic *F.* Ὑπελθὸν reliquae. Ἐδιθλον male A. *h* Ἀπολαμβ.] Ex *Pall.* restitutum. Ὑπολαμβ. Edd. priores. *i* Ὠπτίες] Sic restitui ex *Fl.* Ὤπτιες cett.

72. Πολλῶν ἐπιρρώντων] Cod. Angl. πολλῶν ἐπὶ πολλοῦ ἐπιστρώντων. *F.B.*

83. Παρακινδυνεύων τὸ ὑπελθόν] Angl. Cod. ὠδακινδύνων τὸ ἴδιλον. *F.B.*

Ibid. Ὑπελθὸν] Sic recte Ed. *F.* vulgatae vero ὑπιλθὸν. Quod nullibi hoc sensu reperias, ut ἐπέρχομαι frequentissime, cum apud Lucianum tum apud optimos quosque linguae Graecae scriptores. *M. du S.*

Ἐπελθὸν] Ἐπέρχεσθαι de eo quod mihi in mentem venit usurpatum esse, vid. in not. Cl. *Hemsterh.* ad *Prometh.* c. 2. p. 26. T. I. No. 31. *F.F.R.*

98. Σαλάγει] Verbum σαλάγει alibi, credo, non invenitur. Ideo credo id fuisse deterioris notae, ut saepe obscoena verba a sola viliore plebe usurpantur. Forte fuit Paphlagonicum & Abonitichitis solis familiare: videtur ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς τῶν σαλαγίων deduci. *F.P.* a *G.*

Σαλάγει] At σαλαγεῖ, ταράσσει exponit *Hesych.* Verum id huc nihil facit. *F.F.R.*

3. Ὤπτιες] Ὠπτίες. *F.G.*

Ὠπτίες] Notaverat quidem *Solan.* ὠπτίες esse in *Fl.* Verum vulgatam intactam reliquerat, quam ego mutavi, tum propter metrum, tum quod vel in prosa sic scribi solet. *F.E.B.*

18. Πολ-

Ἀντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνων.
Ἀλλ' ὅπλ σοὶ δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῆς
λυγρὰ τέτυκται,
Ὡς μήτ' εἰσαίοις, μήτ' εἰσοράᾳς ἃ ποιοῦσιν.
Εὑρήσεις δὲ κάτω ὑπὸ σῷ λέχει ἀγχόθι τοίχου,
Πρὸς κεφαλῆς· καὶ σὴ θεράπαινα σύνοιδε Καλυψώ.

Vindictam is repetit factis pro turpibus istam.
Triſtia jamque tibi per utrosque venena parata,
Ut neque quae faciunt videas, nec ea audiat auris.
Ad murum invenies haec, & ſuppoſita cubili
Ad caput: eſt horum tua conſcia ſerva Calypſo.

Τίς οὐκ ἂν Δημόκριτος διεταράχθη, ἀκούσας [a] ὀνόματα, καὶ τόπους ἀκριβῶς; εἶτα μετ' ὀλίγον κατέπαυσεν ἄν, συνεὶς τὸ ὅπλιον αὐτῆς;

Quis non Democritus confundatur auditis nominibus accurate & locis, ac deinde paullo poſt non deſpuat intellectum illorum contentum?

Ἀλλὰ καὶ βαρβάροις πολλάκις ἔχρησεν, εἴ τις τῇ πατρίῳ ἔροιτο φωνῇ Συριστὶ, ἢ Κελτιστὶ, [b] ὃ ῥᾳδίως ἐξευρίσκων τινὰς ὅπλ δημώντας ὁμοεθνεῖς τοῖς δεδωκόσι. Διὸ τοῦτο καὶ πολὺς [c] ἐν μέσῳ χρόνος ἦν τοῦ τε δόσεως τῶν βιβλίων, καὶ τῆς χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ καὶ σχολὴν [d] λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, καὶ εὑρίσκοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δυ-

51. Verum reſpondit ſaepe etiam barbaris, ſi quis patria linguâ interrogaret, Syriace aut Celtice, non facile inveniens commorantes in urbe ejusdem gentis, cujus eſſent, qui darent *libellos*. Propterea & multum temporis intercedebat inter datos libellos, & ipſa oracula, ut interea per otium ſolverentur libelli ſecure, invenirenturque qui

a Ὀνόματα] Τὰ ὀνόματα marg. *AIW.* b Οὐ] Deeſt in *Fl*, Adeſt in aliis. c Ἐν μέσῳ] Ὁ ἐν μέσῳ marg. *AIW.* d Λύοιντο] Sic Edd. omn. Δίδοιντο P. A. Δίδοιντο L.

18. Πολλάκις] Παυράκις. *Heſych.* παυράκις, ὀλιγάκις. *F.G.*

24. Λύοιντο] Angl. δίδοιντο. *J.B.*

Λύοιντο] Δίδοιντο, A. & P. Δίδοιντο L. Sed receptam ſcripturam ut meliorem ſequor. *M. du S.*

Λύοιντο — χρησμοὺς] Λύειν χρησμοὺς eſt interpretari oracula. Sed hac de re hic ſermo non eſt, verum de reſignandis caute, & iterum obſignandis libellis eorum, qui oracula poſcerent. Itaque χρησμοὺς, quod jam ab *Eraſmo* factum video, accipio illos libellos, ſ. tabellas, in quibus ſubſcribendum erat interrogationi oraculum. Ita paullo poſt χρησμοὶ ἐντὸς ſunt *quaeſtiones*, ſive *petitiones oraculorum* octo. *J. M.G.*

28. Μόρφι] Angl. Cod. ſic habet hanc barbariem, ſive, ut ipſe alibi dixit, ἀσαφῆ ἔπεμψα.

Μορφιῶ βαργούλαι ἰχὶ ἀγχιπήχυλι φάῳ δι. *J.B.*

Μόρφι] Si qui ſint, qui Scythice intelligant, Graece etiam docti, enarrent nobis, quid hoc monſtri ſit. Sed ſi aliquid ſcitu dignum ſub hiſce barbaris vocibus latuiſſet, Luciano non defuiſſent, qui interpretarentur, nec ille nobis invidiſſet. Si Illyrio non Scythae datum fuiſſet, crederem ei promiſſam vitam longaevam, aequalemque vitae Bardylidis illius Illyrici regis, qui memoratur a noſtro in *Macrob.* c. 10. *M. du S.*

Μόρφι] Corruptiſſima haec eſſe, ipſa varietas ſatis indicat. Ego aut reponerem lectionem Anglici Codicis prolatam a *Bourdelotio*, aut certe verba ὡς σκιὼν uncinis arcerem: verſum dare qualemcunque, auctori propoſitum fuiſſe apparet. Hunc omiſſis ὡς σκιὼν, & adjuncto ἄλλῳ vel ἄλλως effici, apparet. Sed forte praeſtat Anglici codicis lectio, quae & ipſa hexametro concluſa eſt. Quid vero ſibi velint verba barbara, & corrupta inſuper, in alterutra certe lectione; non equidem divinaverim. Scythica ſi ſint, quin qualiacunque ſint, modo ſint humana, delegarim meo ſuffragio, Theophilo Sigefrido Bayero, amico veteri, & barbararum etiam linguarum peritiſſimo viro: qui forte in his, & Scythicae linguae apud Ariſtophanem aliosque reliquiis videt, de quo aliis ne hariolandi quidem initium eſt. Verum, quando hic ſum, neque illud diſſimulandum, quod jam ſequitur oraculum, perſonarum nominibus ita diſtinctum, videri cohaerere ſuperiori, quod in Calypſo finit: forte librarii alicujus errore huc relatum, cum paullo ante omiſſum eſſet. *J.M.G.*

Μόρφι &c.] Veſtigia quaedam linguae Scythicae vid. in *Wachteri Gloſſario Germanico*. Vel in ſpecimine ejus ex ampliore farragine decerpto, quod prodiit Lipſiae an. 1727. Ibique in praef. §. XIV. *Mori maruſa*

ma-

qui interpretari posſent ſingula. Quale etiam fuit oraculum Scythae datum:

Morphi ebargulis Chnenchicranc morietur at alter.

52. Rurſus neque praeſenti, neque omnino viventi cuiquam dixit extra verſum, *Retro abi: qui enim te miſit, interfectus eſt a Diocle vicino hodie, accedentibus latronibus Mango, & Celere, & Bubalo*, qui etiam capti jam ſunt & vincti.

53. Pauca etiam eorum quae reddita mihi ſunt, audi. Interrogante me, *An calvus ſit Alexander?* & curioſe obſignante atque manifeſte, ſubſcribitur nocturnum oraculum

Sabardalachu malach Attis alius erat.

Rurſus, cum duobus libris interrogaſſem diverſis, & ſub nominibus diverſis, interrogationem eandem; *Cujas Homerus Poëta fuiſſet?* alteri ſubſcripſit, deceptus a meo puero, qui quaerenti, *Cujus rei cauſſa veniret?* reſponderat, *petitum curationem ad dolorem lateris*: ab hoc igitur inductus, ſcripſit:

νάμθμοι ἕκαστα, οἵῳ ἡ ὁ τῷ Σκύθῃ δοθεὶς χρησμὸς ἦν.

[e] Μόρφι ἐβάργυλις εἰς σκιὴν χνέγχικραγκ
[f] λείψῃ φάος.

[g] Ἄλλως πάλιν, ὅτε παρόντι, ὅτε
[h] ὅλως τινὶ ὄντι ἔφη ἄνευ μέτρου, ἀναστρέφειν ὀπίσω. ὁ γὰρ πέμψας σε, τέθνηκεν ὑπὸ τοῦ γείτονος Διοκλέους τήμερον, λῃστῶν [i] προσελθόντων Μάγγου, καὶ Κέλερος, καὶ Βυβάλου, οἱ καὶ ἤδη δέδενται ληφθέντες.

Ὀλίγους δὲ καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκυσον. ἐρομένου γάρ μου εἰ Φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος; καὶ καλασημηναμένου τοῦ ἐργωνος, καὶ προφανῶς, ὑπογράφει χρησμὸς τυχηρήσιος,

Σαβαρδαλάχου [k] μάλαχ' Ἄττις ἄλλος ἦν.

Καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου ἐν δύο βιβλίοις ἀμφόροις τὸ αὐτὸ ἐρώτησιν, πόθεν ἦν Ὅμηρος ὁ ποιητὴς; ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲ ὑπέγραψεν, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ νεανίσκου, ἐρωτηθεὶς γὰρ ἐφ' ὅ, τι ἦκε, θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων πρὸς ὀδύνην πλευρᾶς.

Κυτ-

e Μόρφι] Μορφοῦ βαργύλου ἐχὶ ἀγχνίχιψι φάος Δ. A. f Λείψει φάος] Λείψει φῶς Fl. g Ἄλλως] Sic P. Fl. B2. S. Ἄλλος J. Ald. H. Fr. h Ὅλως] Ἀλλῷ A. & P. Ἄλλως marg. A1. Sed prius Edd. habent omnes. i Προσελθόντων] Ἐπαχθέντων marg. A1W. & P. Nil variant Edd. in vulgata. k Μάλαχ Ἄττις ἄλλος] Μάλαχα ἀττιαλὸς Fl.

40. Σαβαρδαλαχούμαλα] Ἀπόλλων γόης ὁ ἀπιθάνου ὑστερολίας. V.

96. Καὶ ὅσον πείρας ἕνεκα] *Thucyd.* VIII. 92. p. 563. ἀπὸ addit, dicens: ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα. Quod Cl. *Duker.* ex *Xenoph.* quoque firmat, contra *Stephan.* Sed & ἀπὸ abeſſe alibi fatetur, hoc Luciani loco adducto. *J. F. R.*

ἀκήσῃ ἄπαγλα. ΚΡΑΤ. Μὴ ὥραισιν ἄρα ἰκοίμην, εἴ τι τοιοῦτον ἀναγκοίμην ποτὲ, ἐς ἂν δασύς τε εἴην τὰ σκέλη, καὶ τὸ γένειον ἀπαράτιλτος, ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἤδη ἐλεῶ, τελέως ἡμῖν ἐκβεβακχευμένον.

ΛΥΚ. Βούλει οὖν ἀφέμενος, ὦ ἑταῖρε, τῶν βλασφημιῶν τούτων, ἀκοῦσαί μου τι περὶ ὀρχήσεως λέγοντος, ἣ τὴν ἐν αὐτῇ καλῶν, καὶ ὡς οὐ τερπνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμός ὄντι τοῖς θεωμένοις, καὶ ὅσα παιδεύει, καὶ ὅσα διδάσκει, καὶ ὡς [a] ῥυθμίζει τὰ ὁρώντων τὰς ψυχὰς, καλλίστοις θεάμασιν ἐγγυμνάζουσα, καὶ ἡδίστοις ἀκούσμασιν ἐνδιατρίβουσα, καὶ κοινόν τι ψυχῆς καὶ σώματος κάλλος ἐπιδεικνυμένη; τὸ γὰρ καὶ μὴ μουσικῆς καὶ ῥυθμοῦ, ταῦτα πάντα ποιεῖν, οὐ ψόγος ἂν αὐτῆς, ἀλλ' ἔπαινος ἂν εἴη. ΚΡΑΤ. Ἐμοὶ μὲν οὐ πάνυ σχολὴ μεμηνότος ἀνθρώπου ἀκροᾶσθαι, τὴν νόσον τὴν αὑτοῦ ἐπαινοῦντος, σὺ δὲ, εἰ βούλει, λῆρόν τινα καλασκεδάσαι μου, ἕτοιμος φιλικὴν ταύτην [b] λειτουργίαν ὑποσῆναι, καὶ παρέχειν τὰ ὦτα, καὶ ἄνευ κηροῦ παρέχειν τὴν φαύλων δυνάμενος. ὥστε

CRAT. Male vero peream, si quid tale unquam ſuſtineam, quam diu quidem hirſuta crura habuero, & mentum non vulſum: itaque tui me jam miſeret, plane bacchico furore correpti.

6. LYC. Vis igitur, amice, omiſſis maledictis hiſce, audire me de ſaltatione aliquid dicentem, & quae in illa bona inſint, & quam non ad delectationem modo pertineat, ſed utilis etiam ſit ſpectantibus, & quot ad res inſtituat, & quae doceat, quamque in ordinem redigat ſpectantium animos, dum pulcherrimis illos in ſpectaculis exercet, & optimis in rebus audiendis continet, & communem quandam animi atque corporis pulchritudinem oſtendit. Quod enim etiam cum muſica & rhythmo facit haec omnia, ea non reprehenſio illius, ſed laus fuerit. CRAT. Mihi quidem non omnino otium eſt, ad furioſum hominem audiendum, qui morbum laudet ſuum. Interea tu ſi velis nugis me tuis perfundere, paratus ſum hoc tibi amici miniſterium ſubire, & praebere aures, qui ſine cera etiam tanquam non auditas transmittere res nauci poſ-

a Ῥυθμίζει] Sic M. & Edd. *Fl. B2. P. S.* recte. Ῥυθμίζοι male *J. H. Ald.* b Λειτουργίαν] Λειτουργίαν *Ald.* Sed in marg. Λειτουργία adſcriptum. Cett. Edd. recte, ut edidimus.

2. Μὴ ὥραισιν ἄρα] Ἀττικὸν τοῦτο καὶ σόλοικον δοκοῦν. ὤφελε γὰρ, μὴ ὥρας εἶναι αἰτιατική. * σημαίνει δὲ τὸ μὴ εἰς † τύπτειν φθάσαι. Νῦν δὲ ‡ Ἀττικῇ συντάξει δοτικῇ κέχρηται ὡς ἀμφιλόγως, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν, ἀμφὶ τὼ χεῖρε καὶ § ταῖν χεροῖν θηλυκοῖς ὀνόμασιν ¶ ἀρσενικὰ ἄρθρα προστέθεικεν. *V.*

Μὴ ὥραισιν ἄρα] Λουκιανὸς ἐν τῷ Ἥρας καὶ Διὸς καὶ ἐν Ἑταιρικοῖς. τοῦτ' ἔστιν, μὴ εἰς ὥραιον, ἤτοι Ὄλυμπον, ἦτοι εἰς τὴν τῶν μακάρων ἵκοιτο. ὥραι γὰρ ὡδοὶ τοῖς παλαιοῖς τῆς οὐρανοῦ πύλαι, ὥσπερ Ὅμηρος (Il. E. 749.) ἀφικέσθαι δὲ τούτων ἐλάγοντο οἱ πασῶν χαρίτων τετυχηκότες. καὶ ἀφ' τοῦτο Φιλόστρατος εἴκοσι β'. περὶ ὥρων ἤτοι λέγει. Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς ὥραις εἶναι, τὰς τῆς οὐρανοῦ πύλας Ὅμηρος ἀφῆμεν εἰδέναι ἔχειν, εἰκὸς γάρ που αὐτὸν ξυγγενέσθαι ταῖς ὥραις, ὅτε τὰ αἰθέρια ἔλαχε. ὁρᾶ τὸ λόγου Φιλοστράτου (Deinde recentiore manu) Ἀθηναῖος Δειπνοσοφισ. ιά. (p. m. 682. E.) ὡδήγει τὰ τὰς Κύπρια γραψάμενον ἔτω πως λέγοντα. Ἰρακτία (ap. *Athen.* ἰμαῖα) μὲ χρείας τότε αἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι (in Edd. legitur Αὖραι) ποίησαν καὶ ἔδυσαν τὸ ἄνθος εἰαρινοῖσιν. εἶτα φόρουσ' Ὧραι ἵν τε κρόκος τὸ δ' ἰοειδὲς θυ, τὸ τ' ἐῷ θαλέοντι ῥόδον γ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῷ. καὶ τ' ἄλλα. Θεόφραστος δ' ὥρας ἄπτει λέγων τὸ τῷ Δ. περὶ αὐτῶν. Et *Athen.* II. 27. in extrema pagina περὶ θέρμων ex antiquo Comico, opinor, μὴ ὥραισιν [μὴ τὸ καιρὸν] ἵκοιτο ὁ τοὺς θέρμους φαγών. (Ad quem locum vid. *Caſaub.* L. II. 14.) *G.*

* Σημαίνει δὲ τὸ] Ita dedit *M. du S.* pro vulgato σημεῖ δὲ τῦ.
† Τύπτειν] Ita correxi ex C. Τὸ πιὸν V. Τυπτὸν M. *M. du S.*
‡ Ἀττικῇ] Καὶ ἡ Ἀττ. erat in Ed. Delevit *nau ſi* Idem. ſine dubio ex collat. Codd.
§ Ταῖν] Sic recte C. Τῶν male *P.*
¶ Ἀρσενικὰ ἄρθρα] Ἀρσενικὰ ἄρθρα. C.

2. Μὴ ὥραισιν ἄρα ἰκοίμην] An ſic: μὴ ὥραισιν ἀρίσκοιμι. Τὸ ἀρίσκοιμον n. pl. locus videtur e poëta quopiam ſumtus. *F. G.*

Μὴ ὥραισιν — ἰκ.] Vide ſupra ad *J. S.* VI. *M. du S.*

Ad-

possim. Itaque jam silentium tibi praebebo, & dic quidquid volueris, quasi nemo plane audiret.

7. LYC. Bene sane, Crato, hoc maxime petebam. Scies enim paullo post, num nugae tibi, quae dicturus sum, videantur. Ac primo quidem illud omnino videris mihi ignorare, quam non recens sit hoc saltandi studium, neque heri aut nudius tertius coeperit, verbi caussa progenitorum nostrorum aetate, eorumve, qui horum fuere majores; sed qui verissimas tibi saltationis origines enarrant, illi cum primo omnium ortu natam tibi dixerint, quippe quae cum antiquo illo Amore simul in conspectum prodierit. Etenim illa astrorum chorea, planetarum illa ad inerrantes conjunctio, & concinna illorum communio, & ordinatus ille concentus, primigeniae illius saltationis documenta sunt. Cum autem paullatim creverit, & accessionem subinde in melius nacta sit, jam ad summum videtur perfecta, & evasisse varium quoddam, & consentiens undique, & musarum plurium bonum.

8. Primum autem dicunt Rheam, de-

25 ἤδη σιωπήσομαί σοι, καὶ λέγε ὁπόσα [c] ἐθέλοις, ὡς μηδὲ ἀκούοντός τινος.

ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Κράτων, καὶ τούτου ἐδεόμην μάλιστα. εἴσῃ γὰρ κατ' ὀλίγον εἰ λῆρος εἶναί σοι δόξει τὰ λεχθησόμενα, καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο πάνυ ἠγνοηκέναι μοι δοκεῖς, ὡς ὁ νεώτερον τὸ τῆς ὀρχήσεως βλάστημα τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ χθὲς καὶ πρώην ἀρξάμενον, οἷον καθ' τοὺς προπάτορας ἡμῶν, ἢ τοὺς ἐκείνων, ἀλλ' οἵ γε τἀληθέστατα ὀρχήσεως περὶ γενεαλογοῦντες, ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαῖεν ἄν σοι καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ἔρωτι συναναφανεῖσαν. ἡ γὰρ χορεία τῶν ἀστέρων, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμπλοκὴ, καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία, καὶ εὔτακτος ἁρμονία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. κατ' ὀλίγον δὲ αὐξανομένη, καὶ τὸ πρὸς τὸ βέλτιον ἀεὶ προδήκης τυγχάνουσα, νῦν ἔοικεν ἐς τὸ ἀκρότατον ἐπιτετελέσθαι, καὶ γεγενῆσθαι ποικίλον τι, καὶ πανάρμονιον, καὶ πολύμουσον ἀγαθόν.

[d] Πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἠδεῖσαν τῇ τέχ-

[c] Εἰλίσω] Nil mutare *J. Fl.* notat *M. du S.* [d] Πρῶτον] Et sic habere Edd. vett. notat idem.

Adde rursus infra *Dial. Meretr.* X. med. *J.F.R.*

Μὴ ἄραιον ἄρα ἰκοίμην] Non omnia intelligo, quae *Gujet.* tradit, nec quidquam est mutandum; est enim imprecandi & jurandi formula. De qua vid. Scholiast. nostrum, cui etiam addo verba *Scholiast.* ad *Aristoph. Lysistr.* 1036. Μὴ ἄραιον ἴκοιτο, ait, Εἴδός τι κατάρας ἀρχαίων τινῶν γενέσθαι φαίνεται, ὃ ἐπὶ πολλῶν ὁ Λουκιανὸς ἐχρήσατο ὡς ἐν τῷ Ἥρας καὶ Διὸς λογῳ — — καὶ πάλιν ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεως· μὴ ἄραιον ἴκοιμην, εἴτι τοιοῦτον ἀναγκαίως· καὶ αὖθις ἐν τοῖς· μὴ ἄραιον ἴκοιτο ὁ λῆρος ἐκεῖνος: at in ipso *Aristoph.* legitur: Ἀλλὰ μὴ ἄρας ἴκοιτο. quod tamen vitiose sic scriptum in nonnullis Codd. ait Scholiast. Verum id nunc non inquiro. Patet saltem apud Lucian. vulgatam se recte habere, & ἄραιος pro ἄρας, quod alter damnat, ab altero genuinum dici. Conf. supra *Deor. Dial.* VI. §. 4. T. I. p. 219. Ubi Cl. *Hemsterh.* id convertit: *pessime pereat*, & conf. notas ipsius ac *Solani.* Plura hic addere temporis angustia prohibeor. *J.F.R.*

5. Ὡς νῦν γε ἐς σε ἤδη ἰλαῶ] Interpres: *ut me tui nunc misereat.* Sed non expressit illud ὡς νῦν γε, quod vertendum, *ut nunc se res habet.* Alias dicitur, τὰ νῦν ἔχοντα, ut ap. *Max. Tyrium* Dissert. 21. *J.F.R.*

23. Ἀπὸ κηροῦ ἀκροᾶσθαι τὰ φαῦλα δυνάμενος] Interpres, *cum sine cera res malas audire possim.* Non expressit vim verbi ἀκροᾶσθαι, quod dicitur de eo, qui ofcitanter audit, quum dicta alicujus non afficiunt, qui audit quasi non audiat, & huc facit, quod mox dicitur: λέγε, ὡς μὴ δὶ ἀκούοντός τινος. *H.V.*

32. Χθὲς ἐς πρώην] Vide Paroemiogr. *J.B.*

Ibid. Οὐδὲ χθὲς καὶ πρώην] Sic *Long. Past.* III. p. 97. sive p. 73. Ed. *Moll.* qui in nott. plura hujus proverbialis locutionis, qua tempus admodum nuper actum denotetur, adfert. Veluti ex *Synes.* p. 15. D. idem profert Frater cariss. in *Belg. Graeciss.* p. 537. *J.F.R.*

37. Τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ] Conf. supr. *Deor. Dial.* II. pr. Et *Long. Past.* II. p. 35. Ed. *Moll.* ubi *Cupido* ait: Οὔτοι παῖς ἐγὼ, καὶ εἰ δοκῶ παῖς, ἀλλὰ τῷ Κρόνου πρεσβύτερος. Sed video hunc jam adductum a Cl. *Hemsterh.* quem cum aliis comment. vid. ad l. c. *Luciani*, T. I. p. 206. *J.F.R.*

τέχνη, ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς [a] Κυρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι, καὶ οὐ τὰ μέτρια ὤναιτο τῆς τέχνης αὐτῶν. οἱ [b] γοῦν περιορχούμενοι διεσώσαντο αὐτῷ τὸν Δία, ὥστε καὶ σώτρα εἰκότως ἂν ὁ Ζεὺς ὀφείλειν ὁμολογοίη αὐτοῖς, ἐκφυγὼν μετὰ τῶν αὐτῶν ὄρχησιν τοὺς πατρῴους ὀδόντας· [c] ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μελαξοῦ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, καὶ παιζόντων ἔνθεόν τι, καὶ πολεμικόν. μετὰ δὲ, Κρητῶν οἱ κράτιστοι ἐνεργῶς ὀπτησάμενοι αὐτό, ἄριστοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, οὐχὶ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι, καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντες. ὁ γοῦν Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχύναι βουλόμενος, ἀλλὰ κοσμῆσαι, ὀρχηστὴν προσεῖπε, καὶ οὕτως ἄρα ὀπίσημος ἦν, καὶ γνώριμος ἅπασιν ὀπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐχ οἱ Ἕλληνες μόνον ταῦτα ἠπίσαντο περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ Τρῶες αὐτοὶ, καίτοι πολέμιοι ὄντες. ἑώρων γοῦν, οἶμαι, καὶ τὸν ἐν τῷ πολεμεῖν αὐτοῦ κυφότητα, καὶ εὐρυθμίαν, ἣν ἐξ ὀρχήσεως ἐκέκτητο. Φησὶ δὲ τὰ ἑπῆ ὧδέ πως.

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστὴν περ ἐόντα,
Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε·

καὶ ὅμως οὐ κατέπαυσεν αὐτόν. ἅτε γοῦν ἠσκη-

lectatam arte, in Phrygia Corybantes, Curetes autem in Creta, saltare jussisse, nec mediocrem retulit artis illorum fructum. Illi enim circum saltando Jovem illi servarunt, ut credibile sit etiam Jovem fateri, se salutis suae illis praemia debere, qui saltationis illorum beneficio dentes patris sui effugerit. Armata autem fuit illorum saltatio, qui interim gladios incuterent clypeis, & tanquam divinitus immisso furore bellico insultarent. Postea vero Cretensium fortissimi quique, operoso studio hoc agentes, saltatores optimi facti sunt, neque de plebe modo homines & privati, sed regibus proximi, & qui ad primatum adspirarent. Homerus enim Merionen non contumelioſa nota afficere volens, sed ornare, saltatorem appellavit. Et ita sane insignis erat & notus omnibus hac arte, ut non Graeci solum haec de illo scirent, sed Trojani quoque, licet hostes. Videbant enim, puto, etiam ipsius agilitatem in pugna, & concinnam mobilitatem, quam saltatione sibi paraverat. Ita autem fere versus dicunt:

Merione quamquam saltator maximus audis,
Ista tamen forsan mea te confecerit hasta:

Et tamen non confecit illum. Tanquam enim

a Κυρῆτας] Sic Edd. *J. Fl. H. Ald. P. S.* Κούρητας W. Κυρῆτας *S.* habere *Solanus* notat; sed fallitur, si *Salm.* Ed. putat. b Γὰρ] Γὶ M. & *Fl.* Vulg. serv. cett. c Ἐν ὅπλοις] Sic *J. Fl. B2. Ald. H. P. S.* Ἐνόπλιος W.

49. Κελεῦσαι] Pro διδάξαι. Curetum autem saltatio armata. V. *Clem. Alex.* p. 10, 1. *M. du S.*

55. Ἐν ὅπλοις] Si respexeris ad §. 21. ubi ἐνόπλια παιδεύειν, & ad *Demon.* §. 38. credes ἐνόπλιος & hic recipiendum. Sed quia vulgata hic potest tolerari, nihil mutavi. *J. F. R.*

57. Πολεμικὸν] Hanc saltationem πύρλιν vocat *Callimach.* hym. εἰς Δία. *J. B.*

62. Ὅμηρος] Vid. Il. Π. 617. *M. du S.*

71. Μηριόνη] Iliad. Π. *J. B.*

Μηριόνη &c.] *Homer.* loco modo indicato. *M. du S.*

78. Τέχνην τὸ περ. περπ.] Conf. infra §. 21. ubi τοῦτο ἴργον ποιησάμενον eodem modo. *J. F. R.*

92. Καρυατίζειν] De hac voce copiose ad *Pausan.* *J. B.*

Καρυατίζειν] V. *Thes. Cr. Grut.* I. 785. ab oppido Laconiae Caryae vel caryum dicto, in quo lucus Dianae Sacer. In eo ejus Deae festa cum cantu solemni chorus virginum celebrabat, contendentibus inter se Citharoedis. *Polemon.* II. *Exestides citharoedus Pythia vicit. Vicit & Caryorum certamen in Lacedaemonia.* Unde *Statius: Plaudentique habiles Caryae resonare Dianae.* Quamquam ibi in vulgatis legitur *Curiati.* Denique meminit & *Diomedes* Grammaticus. Atque haec ex Thesaur. l. c. *M. du S.*

Καρυατίζειν] Virgines Lacedaemonias in honorem Dianae Caryatidos saltare solitas, *Pausanias* auctor est Lacon. p. 178, 40. Τὸ δὲ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ Νυμφῶν ἐστιν αἱ Κάρυαι. Καὶ ἄγαλμα ἔστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος, χορὸν δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἑορτάζουσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. Huc pertinent Καρυάτιδες ὀρχούμεναι in sigil-

enim exercitatus saltandi arte, facile puto effugit emissa in ipsum jacula.

9. Multos autem alios etiam Heroum dicere cum possim iisdem in rebus exercitatos, qui illam tanquam artem habuere, satis puto, Neoptolemum, Achillis filium, saltandi arte praestantissimum, qui genus pulcherrimum adjecit Pyrrhichiam ab ipsius nomine (*Pyrrho*) dictam: & Achilles audiens ista de filio, magis arbitror eis gavisus est, quam pulchritudine & virtute illius reliqua. Itaque Ilium invictam ad eum diem urbem, illius saltatoria destruxit & solo aequavit.

10. Lacedaemonii quidem, qui fortissimi Graecorum esse videntur, a Polluce & Castore Caryaticam edocti (saltationis id genus est, quod Caryis, Laconicae pago, discitur) cum musis omnia faciunt, adeo ut etiam ad tibiam & rhythmum pugnent, & ordinatum pedis ingressum; & primum signum pugnae Lacedaemoniis canat tibia. Igitur etiam vicerunt omnes, musica duce, & motuum concinnitate, videasque illo-

75 μιθ' ἐν τῇ ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως οἶμαι διεδίδρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφέσεις τ' ἀκοντίων.

Πολλοὺς δὲ κ' ἄλλους τῶν ἡρώων εἰπεῖν ἔχων τοῖς αὐτοῖς ἐγγεγυμνασμένους, κ' τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένους, ἱκανὸν ἡγοῦμαι 80 τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ ἐμπρέψαντα ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, κ' εἶδος τὸ κάλλιστον αὐτῇ προστεθεικότα, Πυρρίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον. κ' ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα ὑπὲρ τῶ παιδὸς συνθανόμενος, μᾶλλον ἔχαιρεν, οἶμαι, 85 ἢ ἐπὶ τῷ κάλλει, κ' τῇ ἄλλῃ ἀλκῇ αὐτοῦ. Τοιγαροῦν τ' Ἴλιον τέως ἀνάλωτον ὖσαν ἡ ἐκείνου ὀρχηστικὴ καθεῖλε κ' εἰς ἔδαφος κατέρριψε.

Λακεδαιμόνιοι [d] μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, ὑπὸ Πολυδεύκους κ' Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες (ὀρχήσεως δὲ κ' τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τ' Λακωνικῆς διδασκόμενον) ἅπαντα μοῦσαν ποιοῦσιν, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν κ' ῥυθμὸν, κ' εὐτάκτου ἐμβάσεως τοῦ ποδὸς· κ' τὸ πρῶτον σύνθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τ' μάχην ὁ αὐλὸς [e] ἐνδίδωσι. τοιγαροῦν κ' ἐκράτησαν ἁπάντων, μουσικῆς [f] αὐτοῖς κ' εὐρυθμίας ἡγουμένης. ἴδοις [g] δ' ἂν κ' τὰς ἐφήβους αὐ-

[d] Μὲν] Δὲ M. Sed a recentiore manu. [e] Ἐνδίδωσι] Et sic cum *J.* habere *Fl.* notat *M. du S.* Sed habent & *H. P.* &c. [f] Αὐτοῖς] Αὐτῆς *Fl.* & L. Prius retinent Edd. cett. cum Codd. M. & P. [g] Δ' ἂν] Δ' ἂν νῦν ἴσε W. & κ' supra scriptum est.

figillo Clearchi apud *Plutarchum* Artaxer. p. 1864. extr. *H. Steph.* Meminit etiam *Diomedes* lib. 3. p. 483. extr. Putsch. Quo auctore Lucianus ad totam gentem transtulerit, nondum inveneram. *J. M. G.*

95. Καὶ ῥυθμὸν] De rhythmo hoc, quem ad modum Musices in progrediendo ad praelium observabant Lacedaemonii, vid. *Thucyd.* V. 70. p. 360. Ibique *Duker.* (quem videndum commonuerat Cl. *Hemsterh.* in marg.) No. 17. Sic enim per errorem typotheth. numerus est expressus. pro versu 84. exempla autem alia similia profert Vir Clar. l. c. *J. F. R.*

97. Πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς] Idem *Hemsterh.* indicat, consuli posse *Davis.* ad *Cic.* Tusc. D. p. 139. i. e. L. 2. c. 15. quod faciens video & hunc ex *Stob. Athen. Gell. Plut.* & hoc Luciani loco probare Lacedaemoniis usitatum fuisse *fistulas* in praelio pro *tubis* adhibere. *J. F. R.*

98. Ἐνδίδωσιν] Fere suspicor *Solanum* quaesisse varietatem, propter usum rariorem hujus phraseos; quia *indidonai* alibi plerumque est *retrocedere*. Sed recte se habet de sono musico, & respondet nostro: een toon aangeven. Sic *Long. Past.* IV. pr. (Ed. *Moll.* p. 106.) Ἐκαθέζετο δὲ ὁ αὐτὸς (ὁ Πὰν) συρίζων ἐπὶ πέτρας ὁμοίως ἐνδιδόντι κοινὸν μέλος τοῖς πατοῦσι, κ' ταῖς χορευούσαις. Quod optime *Moll.* convertit: *similis impertienti cantum*: licet alibi non semel hallucinetur. *J. F. R.*

99. Αὐτοῖς] Αὐτῆς L. & *Fl.* Sed praestat αὐτοῖς, quod M. & P. etiam tuentur. *M. du S.*

1. (Καὶ τοὺς ἐφ.)] Parenthesin hanc Scholium esse puto, quod in textum irrepserit. *M. du S.*

Ibid. Δ' ἂν νῦν ἴσε] Has duas posteriores voces habet W. solus. *M. du S.*

τῆς ἡ μεῖον ἀρχεῖαν ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνουσιν. ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι, καὶ [a] παίσαντες, καὶ πεσόντες, ἐν τοῖς μέρει παύσωνται, εἰς ὄρχησιν αὐτοῖς ἡ ἀγωνία τελευτᾷ. καὶ αὐλητὴς μὲν ἐν τῷ μέσῳ κάθηται ἐπαυλῶν καὶ κτυπῶν τῷ ποδί, οἱ δὲ, κατὰ στοῖχον ἀλλήλοις ἑπόμενοι, σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικά, καὶ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικά, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα.

Rum adolescentes non minus saltare, quam pugnare armis discentes. Cum enim manibus jam consertis percussere, & percussi sunt, cum per vices quiescunt, in saltationem illis certamen exit. Ac sedet in medio tibicen, canens, pede solum percutiens: illi vero, ut in versus divisi sunt, so invicem secuti habitus ostendunt omnis generis, incedentes ad numeros, jam quidem bellicos, paullo post autem saltatorios, Baccho & Veneri gratos.

Τοιγαροῦν καὶ τὸ ᾆσμα, ὃ μέλλουσιν ὀρχήσεσθαι, Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι καὶ Ἐρώτων, ὡς συγκωμάζοιεν αὐτοῖς, καὶ συνορχοῖντο. καὶ θάτερον δὲ τῶν ᾀσμάτων (δύο γὰρ ᾄδεται) [b] διδασκαλίαν ἔχει ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι. πόρρω γάρ [c] φασιν, ὦ παῖδες, πόδα μετάβαλε, καὶ [d] κωμάζατε βέλτιον, τουτέστιν, ἄμεινον ὀρχήσασθε. ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν.

11. Quare etiam canticum, quod inter saltandum canunt, Veneris invitatio est & Cupidinum, ut saltent secum, & tripudient: alterum vero canticorum, duo enim cantantur, institutionem continet, quomodo saltandum sit. *Porro* enim ajunt, *o pueri promovete pedem, & saltate melius.* Similia vero faciunt illi quoque, qui Hormum saltant.

12. Est

[a] Παίσαντες] Παίσαντες ἀλλήλους Edd. Abest ἀλλήλους a W. Ideo expunxit *Solanus*, [b] Διδασκαλίαν] Καὶ διδασκαλίαν *Pl.* Abest καὶ a reliquis & ab M. [c] Φασιν] Nil mutat *J. Fk. H. P.* & M. [d] Κωμάζατε] Sic *Bl.* Κωμάσατε cett. & M.

3. Ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι] Vertunt Erasmus, *ubi enim jam summis collusati sunt digitis*, Benedictus, *cum enim summis digitis colluctari desiissent*; adnotavit Pater, ἀκροχειρίζειν, τὸ πυκτεύειν ἐπὶ παγκρατιάζειν ἄνευ συμπλοκῆς. Quae vera sunt; & vanae interpretationes. *J. G.*

Ibid. Παίσαντες καὶ] Inter duas hasce voces in impressis erat ἀλλήλους, quod nos duce W. delevimus. *M. du S.*

14. Συγκωμάζοιεν] Hic pariter & paullo post ad συγκωμάζειν & κωμάζειν interpretationem addit; hic tectius, apertius deinde. Nempe videtur in primis Dorum fuisse, quibus accensentur Lacedaemonii, verbo κωμάζειν, uti de saltatione hilari. Sic certe *Pindarus* Ol. Θ, 6. itemque IA. 16. Sic *Hesiodus* Scut. Her. 281. Ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθι νέοι κάμπτουσι χορείην, Τοῖσι μὲν παίζοντες ὑπ' ἀμφιμολῇ ἐφορμῶ ἀοιδῆς. κ. τ. λ. Hinc apud *Hesychium* κωμαδεῖν ὀρχεῖσθαι, & κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. *J. M. G.*

18. Κωμάζατε] Ita optime *Fl.* pro eo quod in reliquis est κωμάσατε. Sic enim Dorea efferre solebant. vox apud *Pindarum* frequens. Vide Nem. II. sub finem, & Ol. XI. *Pyth.* IX. *M. du S.*

22. Παρ' ἵνα] Quid hoc sit, disce ex Καπηλ. c. 4. & v. *Thucyd.* V. 82. A. Credo, tamen aliud hic significari, alternis scilicet pueros, puellasque positos. *M. du S.*

27. Τὸν ὅρμον] An idem sit cum Homerica saltatione Il. XVIII. dubitat *Meursius*. *Apulejus* solus nominat. Milef. X. Hormum canebat bellicosum. *M. du S.*

Τὸν ὅρμον] Ratio appellationis ea videtur, quod ὅρμος in quantum *monile* est, habet bacas, uniones, gemmas, diversas, ordine tamen certo alternoque eadem linea sibi junctas. Germani etiam eadem fere ratione nomine eodem, Reihe / & lineam margaritarum & chorum saltantium appellant. *J. M. G.*

28. Ἀνδρίας] Etsi ἀνδρεία pro *fortitudine* hodie vulgo usitatius est quam ἀνδρία, hoc tamen praetuli, memor admonitionis *H. Stephani*, cujus verba in Thes. T. I. p. 439. sunt: „ Invenitur autem scriptum mo„ do ἀνδρεία, modo ἀνδρία, quae scripturae varietas „ in aliis etiam nonnullis nominibus reperitur. *Sui*„ *dam* tamen sequendo videtur potius scribendum „ ἀνδρία, ut differat ab ἀνδρεῖον adjectivo, veluti cum „ dicitur ἀνδρεία ψυχή. Ac sane in emendatis codici„ bus passim occurrit scriptum ἀνδρία. *J. F. R.*

Ibid. Καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτῆς εἶδός ἐστιν ὀρχήσεως] *Erant & illis Gymnopodiae, genus saltationis.* Sic interpres. sed legendum καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτῆς εἶδος ὀρχήσεως. *Et erant Gymnopaediae genus saltationis.* Erat autem saltatio nudorum puerorum, cujus meminit Athenaeus, Hesychius, Faufanias. Plutarchus in Apophtegmatis Agesilai ἔτι δὲ παῖδες, inquit, ὅτε πρῶτον γυμνοπαιδίας ἀγομένης ὁ χορηγὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τό-

12. Eſt autem Hormus ſaltatio communis adoleſcentium atque virginum, alterna ſerie choreas agentium, monilique, qui Hormus eſt, re vera ſimilium. Ac ducit choream juvenis, juveniles greſſus ſaltans, & quibus deinde in bello uſurus eſt: ſequitur virgo decenter ſaltare ſuum ſexum docens, ut adeo ſit *monile* quaſi ex modeſtia & fortitudine plexum. Gymnopaediae ſimiliter ſaltatio apud eos eſt.

13. Quae autem Homerus de Ariadne in Clypeo *Achillis deſcribendo fecit carmina*, & de choro, quem illi exercuit Daedalus, apud te, qui legeris, praetermitto, & ſaltatores duo, quos ibi poëta *in caput ſaltantes* appellat, chori duces. Et quae rurſus ait in clypeo, *Saltantes juvenes convertebantur*.

Ὁ δὲ ὅρμος ὀρχησίς ἐστι κοινὴ ἀφήβων τε καὶ παρθένων, πρὸς ἄλληλα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ἑνὸς ἕκατερος τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται, ἡ παρθένος δὲ ἕπεται κοσμίως, τὸ ἦθος χορεύειν διδάσκουσα, ὡς εἶναι τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλεκόμενον. καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτοῖς ὁμοίως ὀρχησίς ἐστιν.

Ἃ δὲ Ὅμηρος ὑπὲρ Ἀριάδνης ἐν τῇ ἀσπίδι πεποίηκε, καὶ τὸν χορὸν, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἤσκησεν, ὡς ἀναγινώσκοντα σοι παρίημι· καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δὲ τοὺς δύο, οὓς ἐκεῖ ὁ ποιητὴς θοίνης καλεῖ, ἡγεμόνας τοῦ χοροῦ ἐν πάλιν, ἃ ἐν τῇ αὐτῇ ἀσπίδι λέγει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον.

---

e Ἀνδρίας] Ἀνδρίας W. Prius tenent *J. Fl. P. H. Abl.* f Γυμνοπαιδίαι] Γυμνοπαιδίαις male Edd. priores & M. g Ὁμοίως] Ὁμοιος *Graev.* male. Nil mut. Edd. h Κυδιστῆρας] Sic W. & *Homer.* Κυδιστῆρες. Edd. priores. i Αὐτῇ] Inſertum ex W. Deerat in Edd. k Ἐδίνεον] Reſtit. ex *Homer.* Ἐδίνευν male Edd. Luciani priores.

---

tium. Ageſilaum adhuc puerum cum Laconica ſaltatio frageretur, in qua pueri nudabantur, chori praefectus conſtituit in parum honeſto loco. Vide *Joſ. Scaligerum* ad Euſebii Chronicon ad num. MCCCCXLVII, ubi obiter Hieronymum quoque legiſſe *Gymnopaedias*, & vertiſſe *nudipedalia*. de Caryatide vero, ſeu ſaltatione illa Lacedaemoniorum, ut & de ὅρμῳ vide *Meurſii Laconic.* lib. 11. c. 12. *J. G. G.*

Ibid. Γυμνοπαιδίαι] Vide *Meurſium* in Oreh. qui emendare primus juſſit. Feſtum erat apud Lacedaemonios celeberrimum, & in eo ſaltatio. Nudi ſaltabant chori duo, puerorum unus, virorum alter. *Athen.* 678. B. meminere *Plut.* apophth. Lac. & in Ageſil. *Toucyd* etiam l. V. 82. adde etiam *Plut.* de Muſica. τούτων δὲ ὑπομνηματίζονται τὰ περὶ τὰς γυμνοπαιδίας τὰς ἐν Λακεδαίμονι. In omnibus editis & ipſo M. legitur in hoc Luciani loco γυμνοπαιδίαις, uti & apud *Suidam*, mendoſe. *M. du S.*

Γυμνοπαιδίαις] Nimis ſaepe occurrit apud optimos ſcriptores γυμνοπαιδία, γυμνοπαιδίαι, γυμνοπαιδικὴ ὄρχησις, ut non probemus emendationem *Meurſianam*, quo duce *Kuſterus* apud *Suidam* etiam γυμνοπαιδίαι, γυμνοπαιδίαν ſubſtituit. Γυμνοπαιδίαις ſunt apud *Herodotum* 6, 67. Feſtum & ſtatum diem fuiſſe apparet ex *Thucyd.* 5, 82. De ipſa ratione certaminis aliquid diſcere licet e loco *Xenophontis* Hellen. L. 6. p. 597. C. Pariſ. Γυμνοπαιδιῶν τε ὑπῶν [ſ. ὑσῶν] ἢ τελευτώσας, τῇ τῦ ἀνδρικοῦ χοροῦ ἔνδον ὄντος κ. τ. λ. deſignat ita tempus allati Spartam nuntii de clade Leuctrica. Idem narrat *Plut.* Ageſil. p. 1118. H. Steph. 8. qui etiam caelibes γυμνοπαιδιᾶς ſpectaculo excluſos refert Lycurgo p. 88. Add. Apophth. p. 368. inter dicta Ageſilai, tt. de Muſica p. 1078. *Athenaeus* L. 14. p. 630. E. ἡ γυμνοπαιδικὴ, inquit, παιγνιῶδές ἐστι τῇ τραγικῇ ὀρχήσει. Et p. 631. B. de eadem, ut etymon indicare velle videatur, Γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες κ. τ. λ. ſunt enim pluſcula. Nec aliter eſt apud *Pauſan.* Lacon. p. 93, 5. Haec me movent ut γυμνοπαιδίαις hic legendas arbitrer, licet non ignorem, pro γυμνοπαιδίαις poſſe forte colorem quaeri ex illa ratione, qua φαινομηρίδας ludibrii cauſſa appellabant Lacaenas virgines, de quo *Plutarch.* in comparatione Lycurgi & Solonis p. 140. quo in libro p. 97. eſt etiam praeclarus locus de militari illa & forti Lacedaemoniorum rhythmica. *J. M. G.*

29. Ὁμοίως] Cl. *Graev.* in nota ὅμοιος legit, neſcio num dedita opera, an caſu, ſed mutatione nihil opus, ut ex verſione ſatis adparet. *J. F. R.*

30. Ὅμηρος] Vid. Il. Σ. 590. *M. du S.*

31. Ἀσπίδι] Ἀσπὶς Homeri non eſt peculiaris aliquis liber hoc titulo inſcriptus; ſed pars Il. Σ. in qua deſcribitur clypeus, quem Achilli Vulcanus fabricabat. *A. V.*

34. Κυδιστῆρας] Vid. *Homer.* Il. Σ. 604. Sic W. & ipſe Homerus recte. *M. du S.*

35. Αὐτῇ] W. ſolus. *M. du S.*

36. Καῖροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον] *Homer.* Iliad. XVIII. ubi eſt ἐδίνευν. *Th. M.*

Ibid. Ἐδίνεον] Locus eſt in clypeo Achillis Il. Σ. ubi ἐδίνευν. Unde error Luciani ſcribentis, omnes enim

ηκον. ὡς τι κάλλιστον τοῦτο τῷ Ἡφαίστῳ ἐμποιήσαντα τῇ ἀσπίδι. τοὺς μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσει χαίρειν, ἁβρύς τε ὄντας, καὶ ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ζῶντας τρίβωνας. ὁ γοῦν Ὅμηρος τοῦτο αὐτοῖς μάλιστα θαυμάζοντα πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τῶν ποδῶν θεώμενον.

Ἐν μόνῃ γε Θεσσαλίᾳ, τοσοῦτον ἐπέδωκε τὸ ὀρχηστικὸν ἡ ἄσκησις, ὥστε τοὺς προστάτας καὶ προαγωνιστὰς αὐτοῖς, προορχηστῆρας ἐκάλουν. καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαί, οἷς τοῖς ἀριστεύσασιν ἀνέστησαν. Πρόκρινε γάρ, [a] φησι, προορχηστῆρα ἡ πόλις. καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι [b] τὰν εἰκόνα ὁ δᾶμος εὖ ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν.

tur in orbem, velut pulcherrimum hoc quiddam in clypeo Vulcanus elaboraviſſet. Phaeaces quidem maxime conſentaneum erat ſaltatione gaudere, delicatos homines, & in felicitate omni vitam agentes. Itaque Homerus hoc maxime in illis miratum induxit Ulyſſem, *Spectantemque pedes motu trepidante micantes.*

14. In Theſſalia tantum aucta fuerat ſaltatoriae exercitatio, ut ſuos duces & propugnatores *Praeſules* dicerent: indicantque illud ſtatuarum inſcriptiones, quas viris fortibus ob rem bene geſtam poſuere, *Elegit* enim ait una, *Praeſulem civitas:* & rurſus, *Ilationi ſtatuam dedit populus bene ſaltata pugna.*

15. Omit-

a Φησι] Φασιν W. b Τὰν εἰκόνα] Reſtitui ex W. Τὰς εἰκόνας Edd. male.

Cod. habent ἰδίνεον. *F.B.*

Ἐδίνεον] Vid. *Homer.* Il. Σ. 494. Apud *Homerum*, unde haec laudantur, ἰδίνεον ſcribitur. At hic & in omnibus noſtris libris, & M. etiam ἰδίνδεον, ut Od. Δ. 19. Sed mutavimus. *M. du S.*

43. Τὰς μαρμαρυγὰς] Παλλόμενα, σειχοῦς τε ποδῶν κινήσεις. *Pollux*, *Heſych.* *F.B.*

Ibid. Μαρμαρυγὰς] *Homer.* Odyſſ. Θ. 265. *M. du S.*

50. Εἰλατίωνι τὰν εἰκόνα] Singulari numero habet W. Cod. optime; quod in reliquis τὰς εἰκόνας. *M. du S.*

57. Σὺν ῥυθμῷ — μανιοῦσι] Huc refert *Eſchenbachius* in Epig. p. 38. quod μίλῳ ὀρχηθμοῖσιν ſcripſiſſe dicitur Pindarus ab auctore vitae illius hexametro verſu ſcriptae: h. e. carmen, quod caneretur inter illam myſticam ſaltationem: cum enim ſolio imponeretur initiandus, qui θρονισμὸς eſt, reliqui myſtae circa ipſum choreas agebant &c. *F.M.G.*

59. Ὄργια σιωπᾶν] Hac de re alibi, attigi ad *Petron.* *F.B.*

60. Ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ παλαιοί.] *Sed illud omnes audiunt, eos a vulgo deſaltaſſe dici, qui myſteria prodiderunt.* ſic vertitur. Sed ἐξορχεῖσθαι retinendum erat in verſione. Non infrequenter autem hac voce utuntur Graeci pro ſecreta prodere, arcana efferre. Utitur etiam Lucianus in Piſcatore, & Amoribus, *Heliodor.* VI. ἀλλ' ἤδη ἐπὶ μάρτυσι τούτοις τὰς τῶν καμόντων ἐξορχῶ τύχας. *Ac teſtibus his enuncio mortuorum fortunas.* Auctor Hierarchiae Eccleſiaſticae, qui dicitur *Dionyſius Areopagita*: ἀλλ' ὅρα ὅπως σὺν ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἀμύητα μὴ αὐτὸς ὢν ἄχραντα τοῖς ἀτελέστοις ἀλλοτρίοις. *Cave ne ſancta ſanctorum prodas, a plebejis ea intacta & impolluta conſervanda.* Vide & *Suidam* in Διαγόρας. Mox obſcure & imperite haec verba Latine ſunt tranſlata: παίδων χοροὶ συναλθόντες ἐν αὐλῇ καὶ κιθάρᾳ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπορχοῦντο δὲ ἄριστοι, προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. *Puerorum chori cum tibia, citharaque ingreſſi tripudiabant, quibus cauentibus optimi quique ſaltationem accommodabant, ex eorum numero delecti.* Quid eſt *ſaltationem accommodare?* Interpretare: *Puerorum enim chori in unum coacti, ſub tibia & cythara, hi quidem ſaltabant, illi vero ſubſultabant, qui quod aliis praeſtarent, ex eis delecti erant.* Eſt autem ſubſultabant, puerorum ſaltantium geſtus & ipſi imitabantur, quod vetus poëta dixit *redamtruare* de Saliis, *ut praeſul amtruat, ſic populus redamtruat.* & uſus eſt Plutarchus in Numa voce ὑπορχεῖσθαι de Saliis *redamtruantibus.* *F.G.G.*

61. Ἐξορχεῖσθαι] Prophani τὰ ἀμύητα ab omnibus ſacris arcebantur, nec licebat, ſi temerarii in ceremonias irrupiſſent, ea quae viderant vulgare, haec appellabant ἐξορχεῖσθαι, qua de re dicendum alibi. *F.B.*

Ἐξορχεῖσθαι] Veriſſimus hic vocis ſenſus. vide & *Acta* c. 33. Hic repugnant exempla a *Suida* in ἐξορχησάμενον allata. Unde mirari ſubit a Doctiſſimo Editore non reprehenſum *Suidam* ob interpretationem ab ea quam vidit adeo abhorrentem. Locus autem, quem primum *Suidas* exhibet ex *Syneſio*, petendus eſt in Herculiano, teſte *Conſtantini* Lexico, neque enim liber ipſe ad manum eſt, aut ſi ſit, evolvere alia agenti vacet. Utuntur etiam *Heliod.* VI. *Plut.* 1592. f. & *Tatianus*, p. 95. Aliter tamen enarrat vir ſane doctiſſimus ad *Tacit.* An. XI. 21. *Savilium* ſecutus ad *Chryſoſth.* in Pſalm. Inde autem factum eſt, ut *myſteria*

15. Omitto dicere, quod initia antiqua invenire nulla est sine saltatione, cum nempe Orpheus & Musaeus & qui optimi erant illa aetate saltatores, ea constituerint, qui tanquam pulcherrimum quiddam illud quoque in legibus posuerint, ut cum rhythmo & saltatione homines initiarentur. Rem ita se habere, ipsa quidem orgia tacere oportet, propter non initiatos: at illud omnes audiunt, eos qui enuntiant mysteria, extra *sacrum chorum* saltare vulgo dici.

Ἐῶ λέγειν ὅτι τελετὴν ἀρχαίαν καὶ ἐμίαν ἔστιν εὑρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ καὶ Μουσαίου καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν καλλιστησαμένων αὐτάς, ὡς τι κάλλιστον καὶ τοῦτο νομοθετησάντων σὺν ῥυθμῷ καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. ὅτι δ' ἅπτως ἔχει, (τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα) ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί.

16. In Delo autem neque sacrificia sine saltatione *peragebantur*, sed cum hac & cum musica fiebant. Nempe puerorum chori convenientes ad tibiam ac citharam partim quidem agebant choreas, partim vero cantum & modos praeibant praestantissimi ex eorum numero delecti. Carmina igitur scripta his choris, vocabantur

Ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνελθόντες ὑπ' αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπῆρχον δὲ οἱ ἄριστοι, προκριθέντες ἐξ αὐτῶν τὰ γὰρ τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσμασι,

ε Τοῦτο] Τούτων male *J.* sola. d Ὑπ' αὐλῷ] Sic dedi ex W. Ἐν αὐλῷ Edd.

ria evulgare significarit, quia qui saltationes mysteriorum coram nondum initiatis imitando repraesentarent, foras eliminarent, non minimam mysteriorum partem, quae, quantum conjicere est, in istiusmodi rebus scenicis sita erant. Vide *Alexandri* Impostoris initia a nostro descripta c. 38. 39. & 40. fibulam quasi mutam agi existimes, in qua spectatores ipsi chorus sunt, quibus adeo & canendum & saltandum pro virili erat. Unde etiam factum, ut inter saltandum data opera femur ejus nudatum sit, c. 40. *M. du S.*

Ἐξορχεῖσθαι] Vulgo huc referebatur inscriptio orationis Aristidis κατὰ τῶν ἐξορχουμένων, quem convertit Canterus, *contra proditores mysteriorum*, modeste sed solide refutatus a Normanno p. 589. seqq. Iebb. ubi varium hujus verbi usum declarat. *J. M. G.*

Ἐξορχεῖσθαι] Recte *Solanus* cum Luciano ait ἐξορχεῖσθαι significare *mysteria evulgare*. Vid. *Alciphr.* III. ep. 72. pr. τὰ τῆς θεοῦ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια ἐξορχησάμενος, καὶ περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμεινεν. Quod *Bergl.* vertit: *qui Deae Eleusiniae mysteria profanarunt, capitale judicium sustinuerunt*, (*substituerunt* editum, errore typographico, credo.) *J. F. R.*

63. Δήλῳ] Initium facit probandi nulla olim sacra facta ἄνευ ὀρχήσεως. Qua de re ipse in Elench. *Clem. Alex.* Protrept. & Stromat. 1. *Dionys. Areopag.* Ecclesiast. Hierar. c. 1. laudat hunc locum *Casaub.* c. 6. lib. 14. Anim. ad Athen. *J. B.*

65. Ὑπ'] W. Sic *Thucyd.* V. 70. ὑπὸ αὐλητῶν. Adde nostrum c. 72. ὑπ' αὐλοῖς, &c. In aliis prave legitur ἐν. *M. du S.*

Ὑπ' αὐλῷ] Etsi ἐν αὐλῷ defendi potest, ὑπὸ tamen hic longe elegantius, & huic actioni quam maxime adpositum. Conf. *Herodian.* V. c. 3. §. 16. Ἱερουργοῦντα δὴ τῶν τοῦτον, περὶ δὲ τοὺς βωμοὺς χορεύοντα νόμῳ βαρβάρων, ὑπό τε αὐλοῦς ἐ σύριγξι &c. Iterum ibid. c. 5. 9. προήει τε ὑπὸ αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις, τῷ Θεῷ δῆθεν ὀργιάζων. Noster infra hac *Dissert.* §. 72. ὑπ' αὐλοῖς ἐ κιμβάλοις. Item supra §. 2. ὑπὸ κρούμασι καὶ θριτίσμασι, ac *Deor. Dial.* 2. §. 2. ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις, quod ibi quoque cum pluribus aliis testimoniis adduxit *H. Vitringa*, quem, qui plura desiderat, ibi videat. Addat etiam Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* V. 70. f. sive p. 360. No. 81. rursum tria quatuorve alia testimonia adducentem. *J. F. R.*

66. Ὑπορχεῖσθαι] Ὑπορχεῖσθαι non esse *subsaltare* vel *saltationem aliis accommodare*; sed *cantum accommodare saltantibus*, vult *Spanhem.* ad Callim. p. 514. ubi hunc ipsum locum tractat. Malui tamen convertere ita, ut appareat, doctores esse illos ὑποχορευμένους ac magistros saltandi, quos sequantur reliqui. Nimis apertus est locus *Athenaei* lib. 14. p. 628. E. Συνίστατον αἱ παῖτραι τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἤρξαντο τοῖς χόμασι σημείοις μόνον τῶν ἀδομένων —— ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τοιαῦτα ἠγόρδευν. Add. *Plutarchi* locus, & ipse indicatus a *Spanhemio*, de Musica p. 2078. *H. Steph.* 8. Habet ὑπὸ in hac compositione eam vim, quam in ὑπόδυγμα, ὑπογραμμος, ὑποτύπωσις, & similibus. Etiam infra §. 66. ὑπορχεῖσθαι dici, qui exemplum praeit saltando reliquis, apparet. Sic ὑπαυλεῖν, qui tibia modos praeit. *J. M. G.*

μάλα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο, καὶ ἐμπέπλεκτο τοιούτων [a] ἡ λύρα.

Καὶ τί σοι τοὺς Ἕλληνας λέγω, ὅπου καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες, προσεύχωνται τὸν Ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἠγούμεθα ἐντελῆ ἡμῖν εἶναι τὴν εὐχήν, ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες, ὀρχήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται, σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ, καὶ μιμούμενοι τὴν χορείαν τοῦ θεοῦ· καὶ τοῦτ' ἔστιν Ἰνδῶν καὶ εὐχὴ, καὶ χοροὶ, καὶ θυσία. διὸ καὶ τούτοις ἱλεοῦνται τὸν θεὸν δὶς, καὶ δεχομένης καὶ δυομένης τὴν ἡμέρας.

Αἰθίοπες δέ γε καὶ πολεμοῦντες, σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρῶσι· καὶ οὐκ ἂν ἀφεῖη τὸ βέλος Αἰθίοψ ἀνὴρ, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν (ταύτην γὰρ ἀντὶ φαρέτρας χρῶνται, περιδέουσι αὐτῇ ἀκτινηδὸν τὰ βέλη) εἰ μὴ πρότερον ὀρχήσαιτο καὶ τῷ σχήματι ἀπειλήσειε, καὶ προεκφοβήσειε τῇ ὀρχήσει τὸν πολέμιον.

Ἄξιον δὲ, ἐπεὶ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξεληλύθαμεν, καὶ ἐς τὴν γείτονα αὐτῇ Αἴγυπτον καταβῆναι τῷ λόγῳ. δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον, οὐκ ἄλλό τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέ-

hyporchemata, quorum pleni sunt poëtae Lyrici.

17. Et quid Graecos tibi commemoro, cum etiam Indi, postquam mane surrexerunt, adorent Solem, non ut nos, qui ubi manum sumus osculati, perfectam putamus a nobis esse adorationem: sed stantes in orientem conversi saltatione Solem salutant, silentio conformantes se, & Dei hujus saltationem imitantes. Et haec est Indorum adoratio, & chori & sacrificium: quare etiam his rebus bis placant Deum, tum incipiente die tum occidente.

18. Aethiopes autem etiam dum praeliantur, cum saltatione hoc faciunt: nec emiserit sagittam vir Aethiops capite ablatam, (hoc enim utuntur pro pharetra, cui radiorum instar sagittas circumponant) nisi saltaverit prius & habitu minatus sit, & saltatione hostem ante terruerit.

19. Operae pretium autem est, cum Indiam & Aethiopiam narraverimus, etiam in vicinam illis Aegyptum oratione descendere. Videtur enim mihi antiqua fabula Aegyptium Protea nihil aliud quam saltatorem quendam fuisse dicere, virum imitandi facul-

[a] Ἡ λύρα] Nihil hic mutare Edd. & M. notat *M. du S.*

69. Ὑπορχήματα] V. *Meurs.* Orch. *M. du S.* Ὑπόρχημα δὲ τὸ μετ' ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο, καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ὑπὸ αὐτῶν μὴ πολλάκις ἐλαμβανον. *Phot.* in excerptis *Procli.* *A.V.*

70. Ἡ λύρα] Λυρικὴ. *F.G.*

Ibid. Λύρα] A Luciani manu hanc vocem esse non credo, sed quid pro ea scripserit, certo definire non possum. *M. du S.*

76. Τὸν Ἥλιον] De Indis dicitur, ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζονται, σχηματιζόμενοι ἑαυτοὺς σιωπῇ. Hoc est, ut puto, *Saltatione salutant Solem, tacite sese sublevantes, five sensim prosilientes.* σχῆμα enim vel σχημάτιον erat saltationis genus, quo quis nunc prosiliebat, nunc stabat, uti ab aliis est notatum. Unde verbum σχηματίζειν, quod & apud Comicum in *Pace* p. 645. ubi Trygaeus choro tripudianti, Μαθεμοῦς, inquit, πρὸς τῶν θεῶν, πρᾶγμα κάλλιστον ἀφεθείσης ἀφ' τὰ σχήματα. Respondet chorus: Ἀλλ' ἴσως ὁ σχηματίζειν βούλομαι, ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς αὐτὸ ἰδοῦ κινοῦντος, αὐτὸν τὸν σκέλη χορεύοντα. *L. Bos.*

77. Μιμούμενοι] *Julianus Imper.* hymno Solis. *J.B.*

1. Καὶ δένδρων δόνημα] Et *arboris quassum* vertit interpres, mallem *arboris motus*, cum ventis agitatur. *J.G.G.*

18. Βιθυνὸς δὲ μῦθος] Ex Latina hac versione; Neque (Bithynia fabula) *multum ab hastitureo Italorum abhorret, quae perhibet Priapum bellatorem Deum, unum opinor ex Titanibus aut Dactylis Idaeis, opus illud factum, ad rerum militarium institutionem, Martem a Junone acceptum adhuc puerum*, &c. nemo assequetur sententiam Graecorum, οἱ δὲ Πρίαπον διαίρουσιν πολεμιστὴν, τῶν τιτάνων εἶναι ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων δακτύλων, τοῦτο ἔργον πεποιηκέναι, τὸ ἐνόπλιον παιδεῦσαι, ἔτι δὲ καὶ τὸν Ἄρεα τὸν Ἥρας, & quae sequuntur. Diversus enim plane illorum est sensus. Interpretes ignorarunt τὸ ἔργον ποιεῖσθαι dici in agendi forma, pro *artem facere*,

culate magna praeditum, qui ad figuras se componere omnes, & mutare in omnia posset, adeo ut aquae mobilitatem imitaretur & celeritatem ignis motus vehementia, & leonis feritatem, & pardalis iracundiam, & agitationem arboris, & quidquid denique vellet. Sed fabula *ea parte rem* assumens, qua erat admirabilior, naturam ejus narrabat, quasi fieret illa omnia, quae imitaretur. Quod his etiam, qui nunc saltant, ineſt. Videas enim illos eodem tempore celeriter immutari, ipſumque aemulari Promethea. Conjicere licet, Empuſam etiam illam in ſexcentas ſpecies verti ſolitam, ex eo genere hominem a fabula eſſe traditam.

20. Praeter haec neque Romanorum ſaltatio oblivione praetermittenda eſt, quam generoſiſſimi illorum, Salii vocantur, quae Sacerdotii appellatio eſt, Deorum bellicoſiſſimo, Marti, ſubeunt, graviſſimam ſanctiſſimamque.

21. Bithyna autem fabula & iſta eſt, ab Italicis non multum abhorrens, quae *aiunt* Priapum, bellatorem genium, Titanum puto unum aut Dactylorum Idaeorum,

95γειν, μεμηλικὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς πάντα σχηματίζεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι δυάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι καὶ πυρὸς ὀξύτητα ἐν τῇ τῆς κινήσεως σφοδρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ παρδάλεως θυμόν, καὶ δένδρου δόνημα· καὶ ὅλως, ὅ, τι καὶ θελήσειεν. ὁ δὲ μῦθος παραλαβὼν πρὸς τὸ παραδοξότερον, τὴν φύσιν αὐτῶν διηγήσαιτο, ὡς γιγνομένων ταῦτα, ἅπερ ἐμιμεῖτο· ὅπερ δὴ καὶ τοῖς νῦν ὀρχουμένοις πρόσεστιν. ἴδοις τ' ἂν αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκέως ἀλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὴν Προτέα. εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ τὴν [b] Ἔμπουσαν τὴν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην, τοιαύτῃ τινὰ ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ μύθου παραδεδόσθαι.

Ἐπὶ τούτοις δίκαιον, μηδὲ τὴν Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ἣν οἱ εὐγενέστατοι αὐτῶν τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι (ἱερασύνης δὲ τοῦτο ὄνομα) ὀρχοῦνται σεμνοτάτῃ τε ἅμα, καὶ ἱερωτάτῃ.

Βιθυνὸς δὲ μῦθος καὶ οὗτος, ὑπὲρ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, οἱ τὸν Πρίαπον δαίμονα πολεμιστὴν, τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, τοῦτο ἔργον πο-

[b] Ἔμπουσαν] Ἐμπούσην W.

re, ſeu *exercere*, cum tamen Lucianus in eodem hoc libello ſuperius dixerit, τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένον. Apud Galenum, περὶ τῶν τοῦ μυῶν κινήσεως, λέγω τοῖς ἔργον ποιουμένοις ἰατροῖς, *per medicos facientes medicinam*. Plutarchus in Demetrio: Ἄτταλος δὲ ὁ φιλομήτωρ ἐκαίετο τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, &c. ἐκοῦς τε καὶ καπνὸν αὐτῶν ἔργον ποιούμενος εἰδέναι & καμίζεσθαι καθ' ὥραν. *Attalus Philometor herbas venenatas serebat*, &c. *& semina & fructus earum elaborabat videre & cognoſcere ſuo tempore*. Suidas in voce τέχνη. τέχνην ποιοῦνται, ἀντὶ τοῦ ἐς ἔργον & τέχνην αὐτῷ προσαγορεύουσι. Plura facile colligas exempla. Sic igitur transferenda iſta Luciani ſunt: *Quae Priapum, deum bellicoſum, unum opinor ex Titanibus, aut Idaeis dactylis hanc artem feciſſe aiunt, ut in armis ſaltare alios doceret, & Martem adhuc puerum a Junone matre acceptum.* F. G. G.

19. Οἱ τὸν Πρίαπον] Deeſt verbum φασὶ, aut ſimile. V. autem *Marm. Oxon.* 28, 2. M. du S.

Ibid. Τὸν Πρίαπον] Verbum φασὶ, λέγουσι, vel ſimile quoddam deliderari, apertum mihi videbatur. F. M. G.

Ibid. Πρίαπον] Priapus Deus bellicus. Βρίω, βριάω, βριαρὸς, βριαρώς, Βρίμω, ἔβριμος, Βριμὼ &c. Πρίω, πριάω, πρίαμαι, πριαμὸς. I. e. βριαρὸς, ἰσχυρὸς, & ſic porro. Item a πριάω, πριάτω, πριάπος idem. F. G.

21. Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων] De his *Pollux*, & vir Clariſſimus *Iſaac. Caſaub.* c. 5. lib. 1. Animad. ad Athen. J. B.

Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἕνα τοῦτο ἔργον πεποιημένον τὸ ἐν ὅπλοις παιδεύειν] Animadverte ſodes, quam lepide poſſint interpretari. Opſopœus, *unum ex Idaeis Dactylis illud opus factum, rebus militaribus inſtituendum fuiſſe, quem Mars* (agnoſce alieniſſima & Graecis contraria) *a Junone offerente acceptum* &c. Benedictus *unum ex Dactylis Idaeis, opus illud factum ad rerum militarium inſtitutionem, Martem a Junone acceptum adhuc puerum*, ubi poſteriora recte mollit ac corrigit.

[a] πεποιημένων, [b] τὸ ἐνόπλια παιδεύειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν [c] Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἀνδρικὸν, μὴ πρότερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι, πρὶν τέλειον ὀρχηστὴν ἀπεργάσατο· καὶ ὅθεν τοῦτο καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτῳ ἀεὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου περιγιγνομένων τῷ Ἄρει, παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν.

Τὰ μὲν γὰρ Διονυσιακὰ καὶ Βακχικὰ, οἶμαί σε μὴ προσμένειν ἐμοῦ ἀκοῦσαι, ὅτι ὄρχησις ἐκεῖνα πάντα ἦν. τριῶν γὰρ ὄντων τῶν [d] γενικωτάτων ὀρχήσεων, Κόρδακος, καὶ Σικιννίδος καὶ Ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι ταύτας ἐφευρόντες ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. καὶ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος ὁ Διόνυσος Τυῤῥηνοὺς καὶ Ἰνδοὺς καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο, καὶ φῦλον οὕτω μάχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο.

disciplinam vibrandi arma professum; acceptum a Junone Martem, puerum illum quidem adhuc, sed durum & supra modum virilem, non prius armis pugnare docuisse, quam saltatorem perfectum reddidisset. Hac de re merces illi a Junone attributa, ut decimam semper eorum, quae bello ad Martem pervenirent, ab eo acciperet.

22. Dionysiaca enim & Bacchica non puto te expectare ut ex me audias, saltationem fuisse illa omnia. Cum enim tria summa genera essent saltationis, Cordax, Sicinnis & Emmeleia; ministri Dionysi Satyri has inventas a se nominarunt singulas. Et hac arte usus Dionysus Tyrrhenos & Indos & Lydos domuit, & gentem adeo pugnacem iisdem thiasis inducendis subegit.

23. Quae

[a] Πεποιημένων] Sic *J.* Πεποιημένου reliquae & M. [b] Τὸ] An τὰ? *M. du S.* [c] Ἄρη] Ἄρεα *Fl.* Nihil mutant cett. nec M. [d] Γενικωτάτων] Sic M. Et Edd. praeter *B*2. quae γενικωτ.

git. Sed quis priorem partem intelligit? aut illud opus factum? lege πεποιημένον, & verte, *unum ex Idaeis Dactylis, id opus exercentibus*, nempe *armata saltationis ludum* ac meditationem. Adde, quae supra occurrunt ad pag. 396. *J. G.*

Ibid. Ἰδαίων Δακτ.] (De his vide *Strab.* X. Geogr. *Clem. Alex.* Strom. I. p. 132. &c. *Apol.* Argon. I. 1129. ejusque Schol.) *Vorst.* Adde *Lyl. Gyrald.* Syntagm. I. & hist. Deor. qui omnia ferme veterum loca congessit. *M. du S.*

22. Πεποιημένων] I. e. ἠσκηκότα, *exercentem.* *F. G.*

Πεποιημένων] Sic Ed. *J.* quae genuina scriptura est. Reliquae & ipse M. πεποιημένον. vide c. 9. ut emendatione ulteriore non indigere locum perspicias. Confer etiam mox ὠδαλλόμενος ἀνδράσι τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένους. *M. du S.*

Πεποιημένον] Sive πεποιημένου legens ad Priapum referas, sive πεποιημένων, tamen active accipiendum erit cum *Gujeto*, cujus exempla jam bis, ter, dedimus. Hoc tamen exhibui, quod varietas casuum sic stilum minus durum reddat; quem non solum tres illi accusativi obscuriorem reddebant; sed suspensum tenebant Lectorem, esset ne πεποιημένον masc. an neutr. *Fasi* autem excidisse certum habeo; nam οἱ non habet verbum ad quod referatur. Jam vero sic procedet: *quae fabulae ajunt Priapum bellatorem Deum, unum, credo, Titanum vel Idaeorum Dactylorum, illud opus exercentium* (nimirum *armatum saltare docere,*) *adsumtum ab Junone Martem — docuisse.* Nam ἔργον ποιεῖσθαί τι significare idem quod Belgae dicunt: ein werk ergens van maken / mihi non est dubium. Et frustra Cl. *Gronov.* πεποιημ. corrigere, adsentior Reverendo *J. Elsnero* ad Hebr. XII. 27. licet exempla quae adfert, id non adeo probent; sed sine dubio satis notum existimavit, quia Lexica vulgaria id eo significatu adferunt. At sine auctorit. Sed *Plut.* in Thes. adfert Frater optimus *G. O. Reitz.* in Belg. Gr. p. 475. Sic τέχνην ποιεῖτο τοῦτο, ex *Steph.* de ling. Gr. & Gall. conv. p. 109. adducit idem p. 509. Conf. *Budd.* Comment. p. 146. fin. Et not. *Graev.* 18. *J. F. R.*

23. Ἄρη] Quia utrumque bonum, unam *Fl.* reliquis omnibus hic praevalere nolui, eoque minus, quia & ante saepe Ἄρη editum, ut *Deor. Dial.* VII. 1. & XV. 3. &c. Sic Δημοσθένη & Δημοσθένει supra quoque jam vidimus. At posterius tamen vel frequentius occurrere, videbimus infra ad *Encom. Demosth.* c. 2. & 9. *J. F. R.*

24. Πέρα τοῦ μετρίου] De eod. *Dial.* Apoll. & Bacchi. *J. B.*

Πέρα τοῦ μετρίου] Sic recte Edd. jam constanter, quum alibi facile ὑπὲρ & πέρα confundant. Item περὶ, ut alibi diximus. Conf. not. Cl. *Hemster.* T. I. p. 72. ad *Nigr.* §. 30. *J. F. R.*

31. Διονυσιακὰ] Copiose *Long.* ποιμεν. lib. 2. *J. B.*

Ibid.

23. Quae cum ita ſint, vir admirabilis, vide ne impium ſit accuſare ſtudium divinum ſimul, & myſticum, & a tot diis cultum, & illorum honori exercitum, & tantam delectationem ſimul, & utilem luſum praebens. Miror vero illam etiam rationem tuam, cum amatorem te Homeri atque Heſiodi in primis norim, rurſus enim ad poëtas redeo; quomodo contradicere illis audeas, ſaltationem ante omnia laudantibus. Etenim Homerus ſuaviſſima & pulcherrima dum enarrat, *ſomnum* & *amorem* & *cantum*, & *ſaltationem* ſolam hanc nominavit *reprehenſionis expertem*, qui etiam ſuavitatem ſuo teſtimonio cantui tribuat; quorum utrumque ſane ſaltatoriae adeſt, cum cantus dulcis, tum ſaltatio reprehenſionis expers, quam tu *tamen* nunc reprehendere audes. Et rurſus alia parte poëſeos:

Ὥστε, ὦ θαυμάσιε, ὅρα μὴ ἀνόσιον ᾖ, καὶ ἠγορεῖν ὑπτιδεύματος θείᾳ τε ἅμα, καὶ μυστικῇ, καὶ τοσούτοις θεοῖς ἐσπουδασμένῃ, καὶ ὅτι τιμῇ αὐτῶν δρωμένῃ, καὶ τοσαύτῃ τέρψιν ἅμα, καὶ [e] παιδειὰν ὠφέλιμον παρεχομένῃ. θαυμάζω δέ σε καὶ ἐκεῖνο, εἰδὼς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μάλιστα ἐραστὴν ὄντα σε (αὖθις γὰρ ὅτι τοὺς ποιητὰς ἐπάνειμι) πῶς ἀντιφθέγξῃ ἐκείνοις τολμᾷς, πρὸ τῶν πάντων ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ Ὁμήρου τὰ [f] ἥδιστα καὶ κάλλιστα καλέγων, ὕπνον καὶ φιλότητα καὶ μολπὴν, καὶ ὄρχησιν μόνην ταύτῃ ἀμύμονα ὠνόμασε, προσμαρτυρήσας, νὴ Δία, καὶ τὸ ἡδὺ τῇ μολπῇ, ἅτε ἀμφότερα τῇ ὀρχηστικῇ πρόσεστι, καὶ ᾠδὴ γλυκερὰ, καὶ [g] ὀρχηθμὸς ἀμύμων, ὃν σὺ νῦν μωμᾷ ὑπονοεῖς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως

Ἀλ-

[e] Παιδειὰν] Sic dedi ex Codd. M. P. *Exc. Fl.* & *B2.* Παιδιὰν habebant Edd. ceterae. Παιδίαν P. [f] Ἥδιστα] Ἡδίστα male *J.* [g] Ὀρχηθμὸς] Sic reſtitui pro ὀρχησμὸς quod omnes Edd. obſidebat.

Ibid. Βακχικὰ] V. *Meurſ.* Orch. *Platoni* βακχεῖα dicitur, de legg. VII. *A.V.*

34. Γενικωτάτων] *B2.* γεν— prave. Sic iterum c. 34. *Diog. Laërt.* 178. D. γενικώτατόν δέ ἐστιν ὃ, γένος ὄν, γένος οὐκ ἔχει. *M. du S.*

Γενικωτάτων] Non recepi lectionem *B2.* quae *generoſas* facit illas ſaltationes. Priſtini interpretes *celeberrimas* verterant. Sed ſi γενικων. legas, poſſis intelligere eas, quae viros generoſos decerent, vid. §. 20. 24. & 83. f. *J.F.R.*

Ibid. Κόρδακος] Tres enumerat ſaltationum ſpecies, quarum inventores perhibentur Satyri Κόρδακα, Σικιννίδα, καὶ Ἐμμέλειαν, de prima *Theodor. Marcil.* ad Horat. *Ulpian. Demoſthen.* Interpres ad Olynth. 2. pag. 215. *Heſych. Pollux*, de ſecunda iidem *Pollux* & *Heſych.* de ultima, *Plato*, Interpres *Ariſtophan.* ad nubes, & *Heſych.* apud quos reſcribe Σίκιννις. *J.B.*

Κόρδακος] Quid ſit K. Σ. E. vide *Ariſtoph.* Schol. ὦ Νεφ. p. 90. *Heſych.* & M. Etym.) *Vorſt.* Comica ſaltatio & laſcivior, & ab ebriis fere ſolis ſaltabatur. V. *Demoſth.* Ol. II. *Theophr.* in Eth. Char. περὶ ἀπονοίας. *Meurſ.* Orch. *M. du S.*

35. Σικιννίδος] *Athen.* I. Ab inventore ſic dicta ſicinnium. *Reineſ.* var. lect. 100. Inventorem hujus *Clemens Alex.* praeceptorem liberorum Themiſtoclis facit, Παιδ. I. 7. p. m. 15. C. *M. du S.*

Ibid. Ἐμμελείας] V. c. 26. & *Plat.* de legg. VII. Saltatio εἰρηνικὴ i. e. ſine armis. *M. du S.*

37. Ἀφ' αὑτῶν] Nemo, quod quidem ſciam, haec Satyrorum nomina prodidit. *M. du S.*

46. Παιδιὰν] Sic optime M. *Fl. B2.* non παιδίαν, ut in reliquis eſt. *M. du S.*

57. Γυναικεῖοι] Adſentior *Vorſtio* γυναικείαις legenti; nam ut ipſi non ignotum fuit, Atticis adjectiva compoſita ac derivata in ος communi genere uſurpari, ita me non fugit etiam, Noſtrum adjectiva ab ſubſtantivis derivata pleraque terminatione feminina efferre, maxime hoc de quo quaerimus; ut mox c. 27. *Philopatr.* c. 3. &c. *Herodian.* etiam VI. 5. 19. γυναικείᾳ διαίτῃ. Aliique paſſim. Nihil interim immuto, quia analoga exempla adferre poſſim haud pauca eorum quae modo communia ſunt, modo terminationem femininam adſciſcunt. Ita Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ex *Athen.* I. adtulit Clar. *Graev.* ad *de Salt* §. 70. Adde hic c. 30. vſ. 35. f. Sic *Herodian.* 2. 7. 3. ὀρθαὶ χεῖρα σωτῆριον, quod quidem ibi fieri dicas, ne confundatur cum ſubſtant. σωτήριον, verum & ος femin. idem *Herod.* 2. 3. 3. αἰφνίδιον μεταβολὴν (mitto αἰώνιον ζωὴν, *Evang. Luc.* XVIII. 18. & ſimilia perpetuo communia.) Ad noſtram diſquiſitionem aptius, quod *Thucyd.* adject. ἀνωγαῖος etiam communi genere utatur, quod alibi femin. terminationem adgnoſcit. Vid. eum L. I. c. 2. τ δὲ καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς. *Dionyſ. Hal.* Περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 25. 1. eadem verba repetit. Idem VII. p. 450. Ed. *Lipſ.* verſ. fin. τ ἀναγκαίου σπανίζεται τροφῆς.

ἀπολαύσεως ἀντίδοσιν ὁμοίαν ἔχουσιν· ἀλλήλοις γὰρ ἐξίσου ἀλγηθέντες, ἡδέως ἀπηλλάγησαν· εἴ γε μὴ δικαστὴς Τειρεσίας προσεκτέον, ὅτι ἡ θήλεια τέρψις ὅλῃ μοίρᾳ πλεονεκτεῖ τὸ ἄρρεν. καλὸν δ' οἶμαι, μὴ φιλαύτως ἀπολαῦσαι θελήσαντας, ὅπως ἰδίᾳ τι χρηστὸν ἀποίσουσι, σκοπεῖν ὅλην ἡδέ τε [a] λαμβάνοντας ἡδονὴν, ἀλλ' [b] ἐκεῖνο μερισαμένους, ἃ τυγχάνουσιν, ἀντιπαρέχειν ὅμοια· τοῦτο δ' οὐκ ἂν ὅπῃ παίδων εἴποι τις, οὐχ ὕτω μέμηνεν. ἀλλ' ὁ μὲν ἀλγηθεὶς, ἢ νομίζει ποτὲ ταῦτα, τὴν ἡδονὴν ἐξαίρετον λαβὼν, ἀπέρχεται· τῷ δὲ ὑβρισμένῳ, κατ' ὀλίγας μὲν ὀδύνας, καὶ δάκρυα, μικρὸν δὲ ὑπὸ χρόνου τὸ ἀλγηδόνος χαλασάσης, πλέον, ὡς φασιν, ὠδὲν ἂν ὀχλήσειας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ περιεργότερον εἰπεῖν (δεῖ δὲ ἐν Ἀφροδίτης τεμένει) γυναικὶ μὲν, ὦ Καλλικρατίδα, καὶ παιδικώτερον χρώμενον ἔξεστιν εὐφραίνεσθαι, διπλασίας ἀπολαύσεως ὁδοὺς ἀνοίξαντα, τὸ δ' ἄρρεν οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται θήλειαν ἀπόλαυσιν.

Ὡς εἰ μὲν καὶ ὑμῖν ἀρέσκειν δύναται, πρὸς ἀλλήλους δὲ ἡμεῖς [a] ἀποτεινόμεθα.

voluptatis fructum habent: cum enim aequaliter se invicem afficiant, delectati ambo abeunt, nisi forte Tiresias judex audiendus est, feminae voluptatem altero tanto majorem esse virili *pronuntians*. Honestum autem puto, homines non prae amore sui nimio, frui cum volunt, hoc spectare, ut ipsi pro se bonum quiddam auferant, totam ex aliquo voluptatem capientes; sed ut partientes quod consequuntur, vicissim praebeant similia. Hoc autem in pueris *ita se habere* non dixerit quisquam: non ita insanierit. Verum amator quidem, prout de his existimat, eximia voluptate percepta abit: at passo contumeliam ab initio quidem dolores & lacrumae; remittentibus autem paullum ipso tempore doloribus, nihil amplius, ajunt, molestus fueris, voluptas autem nec tantilla. Si quid vero curiosius dicendum, dicendum autem in luco Veneris, muliere quidem, Callicratides, etiam puerilem in morem utenti oblectari licet, duplici fructus via aperta: sed femineum fructum nullo modo mas praebere potest.

28. Itaque si vobis etiam, *puerorum amatoribus*, placere potest *mulier*; a nobis in-

a Λαμβάνοντας] Λαμβάνουσι W. b Ἐκεῖνο] Ἐκείνῳ W. c Δύναται] Sic *Fl. P. H. S.* Δύνανται W. *J.* d Ἀπ—ύμεθα] Ἀπ—όμεθα antepenult. brevi *J. Fl. V2.* Vulgatam habent cett. & M. *Aldina* 1, ω cum haberet, ο pro eo in marg. pictum.

φῆς. Et sic rursus vers. ult. ejusd. pag. ac fere perpetuo alibi; feminini vero ἀναγκαία exempla ap. *Herodian.* & in N. *Foed.* sunt obvia. Quin & comparativo gradu ἐπιμηκέστερον ἀρχὴν inveni ap. *Herodian.* I. p. 2. quod *Stephano* tamen suspectum. Sed cum nostro γυναικὸς συνοδὸν etiam convenit *Suidae* illud, Θουκυδίδου γραφὴ, quod habet v. ΘΟΥΚ. Nec non *Eurip.* Hecub. v. 591. —ἀγελαίου μοι Γενεᾶς. Quem laudat Cl. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 23. p. 328. In quo ἀμοιβὴ δίκας legitur, quod tamen doctiss. Editori suspectum. Sed & vicissim quaedam novi feminina terminatione prolata, quae alias fere ubique sunt communia, ut composita cum α privativo. *Hom.* Il. A. 98. Ἀτιμήτην. Quod interpretes frustra pro adverbio habere credo, quia & sic alia adjective effert, ut Il. H. ἀμφιλύκη νύξ. Et B. 389. A. 489. K. 404. Ἀθανάτη μήτηρ. Ne credas ὁ Θεὸς ἀθάνατος perpetuum. *J. F. R.*

65. Του] Enclitice vel potius αὐτοῦνος positum pro τινὸς, vid. supra, ad Lucian. *Prom.* §. 7. *Gest.* ad *Quom.* c. 51. Me ad *Tyran.* c. 11. Adde *Herodian.* 2. 3. 12. *J. F. R.*

67. Οὐκ ἂν εἰπὶ παίδων] Potest ita dedisse auctor; ita etiam interpretati sumus. Sed videtur tamen magis digna Luciano, vel quisquis auctor est, junctura, si legamus pro οὗτος, ὡς, *nemo ita insanias, ut in pueris ita* se rem habere *dicat*. *J. M. G.*

82. Πρὸς ἀλλήλους] Si δὲ deleatur, satis commode omnia habebunt. *M. du S.*

Ibid. Ἀποτεινόμεθα] I. e. *intacti simus*. *F. G.*

90. Τέχνασμα] Aliter interpungit *J.* comma non post τέχνασμα, sed post ἀσκέφων ponens, quod tamen *Solani* manu additum est. *Fl.* vero nullum habet comma in tota hac periodo ab ἀσυλήτων usque ad ἀπῆ. Nostra autem divisio est in *P.* & *H.* Plures Edd. in re tam sordida perscrutari nolo. *J. F. R.*

95. Φι-

invicem, quasi interjecto pariete, abstineamus. Si vero decet viros cum viris consuetudo, in posterum etiam ament se invicem mulieres. Age jam, novum saeculum, & peregrinarum voluptatum legislator, cum novas virilis libidinis vias excogitaveris, aequam potestatem feminis etiam indulge: secum invicem, ut viri, coëant: lascivorumque instrumentorum commenta substringentes, portentosum sterilium aenigma, cum muliere mulier, ut vir cum viro cubent: illudque ad aures raro perveniens nomen, pudet etiam dicere, tribadicae obscenitatis, sublato pudore triumphet: gynaeceum omne nostrum esto Philaenis, semimares amores contra decus usurpans. Et quanto melius, feminam in luxuriem irrumpere masculam, quam, quod in viris generosum est, in mulierem effeminari?

εἰ δὲ τοῖς ἄρρεσιν εὐπρεπεῖς αἱ μὴ ἀρρένων ὁμιλίαι, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐράτωσαν ἀλλήλων καὶ γυναῖκες. ἄγε νῦν, ὦ νεώτερε χρόνε, καὶ τῶν ξένων ἡδονῶν νομοθέτα, καινὰς ὁδοὺς ἄρρενος τρυφῆς ὑποτέμνουσας, χάρισαι τὴν ἴσην ἐξουσίαν καὶ γυναιξίν· ἀλλήλαις ὁμιλησάτωσαν, ὡς ἄνδρες· ἀσελγῶν δὲ ὀργάνων συζυγωσάμεναι τέχνασμα, ἀσπόρων τεράστιον αἴνιγμα, κοιμάσθωσαν γυνὴ μὲν γυναικὸς, ὡς ἀνήρ· τὸ δὲ εἰς ἀκοὴν σπανίως ἥκον ὄνομα (αἰσχύνομαι καὶ λέγειν) τὴν τριβαδικῆς ἀσελγείας, ἀναίδην στομπευέτω. πᾶσα δ' ἡμῖν ἡ γυναικωνῖτις ἔστω Φιλαινὶς, ἀνδρογύνους ἔρωτας ἀσχημονοῦσα. καὶ πόσῳ κρεῖττον εἰς ἄρρενα τρυφὴν βιάζεσθαι γυναῖκα, ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν εἰς γυναῖκα θηλύνεσθαι;

29. Talia contentius, & tanquam qui movere vellet animos, cum dixisset Charicles, conticuit, vehemens quiddam & ferinum oculis cernens. Videbatur autem mihi pigmentis quibusdam contra masculos amores uti. Ego vero placide subridens conjectis in Athenienſem oculis, *Ludi*, inquam, *& risus, Callicratide, me sedere ra-*

Ι Τοιαῦτα συντόνως μᾶλλον παθαινόμενος ὁ Χαρικλῆς ἐπαύσατο, δεινόν τι καὶ θηριῶδες ἐν τοῖς ὄμμασιν ὑποβλέπων. ἐῴκει δέ μοι καὶ καθαρσίῳ χρῆσθαι πρὸς τὰς παιδικὰς ἐρωτας. ἐγὼ δὲ ἡσυχῇ μειδιάσας, καὶ πρὸς τὸ Ἀθηναῖον ἠρέμα τῷ ὀφθαλμῷ παραβαλὼν, Παιδιᾶς, ἔφην, καὶ γέλωτος, ὦ Καλλικρατίδα, δικαίως καταδεῖσθαι

e Ὁμιλησάτωσαν] Sic M. *Ald. Fr. P. H. S. B2.* Ὁμιλείτωσαν *J. Fl.* & *V2.* f Ἀναίδην] Restitui ex *J.* & *Fl. V2.* & W. Ἀνάδην enim in reliquis minus recte. g Καὶ] Καίτοι marg. *A1.* h Ἐῴκει] Ἐδόκει marg. *A1.* i Καθαρσίῳ] Καθαρσίων *J.* & *Fl.* Vulgatam ceterar. Edd. lect. tuentur M. P. k Τῷ ὀφθαλ.] Τῷ ὀφθαλμῷ *Fl.* male. l Ἔφην] Ex emend. *Solan.* & M. Ἔφη Edd. priores.

93. * Τριβάς] Τριβάδας αἱ ταῖς γυναιξὶν ὡς ἄνδρες συνοῦσαι, † οἷα ἦν Φιλαινίς. *V.* Et *Sappho*, addit C.

95. ‡ Φιλαινὶς] Ταύτην τὴν § Φιλαινίδα, ἣν Φιλουράτης ὁ Ἀθηναῖος καμῳδιποιὸς ἐξεπόμπευσεν, ὡς ἑταιρίστριαν καὶ τριβάδα. *V.*

1. Παβαινόμβρος] Ἀγανακτήσας. *V.* Παβαίνειν ἀντὶ τοῦ ἀγανακτεῖν, καὶ ἀντὶ τοῦ πάθους ἀναλαμβάνειν. *G.*

* Τριβάς] Exc. *G.* τριβὰν. † Οἷα] Ita emendarat *M. du S.* cum ὅτι ante legeretur. ‡ Φιλαινὶς] Hoc Schol. ad alia verba relatum in sedem retraxit *M. du S.* § Φιλαινίδα] Φιλαινίδα habebant edita, quod correximus aeque ac ἑταιρισ. pro quo ἑταιριστρίαν male editum fuerat.

95. Φιλαινὶς] Leucadia, *Athen.* V. quam purgare tentat VIII. 335. meminere etiam impurissimae foeminae *Clem. Alexand.* Προτρ. 24. B. C. & *Tatian.* p. 122. & quis non? Vid. *Suid.* v. Δημοχάρης. Ἀγνώσατα Βοσπορόγυν ἴφη. *Diog. Laërt.* in Epic. (non invenio) & noſtrum Ἀποφρ. c. 24. *Lil. Gyrald.* H. Poët. 378. *M. du S.*

4. Καθαρσίῳ] Ita Editiones ferme omnes, & M. & P. In *Fl.* vero & *J.* καθαρσίων; supra aliter usurpaverat χρῆσθαι καθαρσίων τύχοι δύσιν. vide etiam Ἀποφρ. c. 21. *M. du S.*

7. Ἔφη] Γρ. ἴφλω. *F. G.*

Ἔφλω] M. optime. In impressis ἴφη, quamvis recte verterit Interpres. *M. du S.*

δται προσδοκήσας, σὺν οἷσ' ὅπως ἐπὶ τὴν Χαρικλέους δεινότητα ὑπὸ σπουδαιότερον ἦγμαι. κεδνὸν γὰρ ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δεῖ φόνου ἢ πυρκαϊᾶς, ἢ, νὴ Δία, φαρμάκων, ἀγωνιζόμενον, ἐσφυδῶς ἐπαθηνᾶσθαι. καιρὸς ἦν ὁ νῦν, εἴ ποτε ἢ πρότερον, ἀπαιτεῖν σε τὰς Ἀθήνας Περικλέους δὲ σεαυτῷ, καὶ τὴν δέκα ῥητόρων τὰς Μακεδόσιν ἀνθωπλισμένας γλώττας, ἐνὶ τῷ σῷ λόγῳ καταστῆσαι, μιᾶς τε ἐν Πυκνὶ δημηγορίας ἀναμνησθέντι.

tus arbitrium, nescio quomodo a Charicli vehementia ad seriam curam traductus sum. Fere enim ut in Martio Colle de caede, aut incendiario crimine, aut veneficio, Medius fidius, decertans, ultra modum commotus est. Nunc igitur, si usquam alias, tempus est reposcere te Athenas tuas; Periclemque suadam, & oratorum decem armatas adversus Macedonicas linguas, in una hac una versum oratione, neque concionis in Pnyce unius jam esse memorem.

Μικρὸν οὖν ὑπισχνουμένου τὸν Καλλικρατίδαν (ἐφαίνετο δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου μοι τοσοῦτος ὢν, ὅσον ἐξὸν ἦν ἰδεῖν τοῦ στόματος, καὶ λίαν ἀγωνίας μεστὸς εἶναι) λόγον ἀμοιβαῖον ἐνάρχεσθαι. Εἰ γυναιξὶν ἐκκλησία, καὶ δικαστήρια, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἦν μετουσία, στρατηγὸς ἂν, ἢ πρόστης ἐχειροτόνησε, καὶ σε χαλκῶν ἀνδριάντων ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ὦ Χαρίκλεις, ἐτίμων. κεδνὸν γὰρ δὴ αὐταὶ δεῖ αὐτῶν, ὁπόσαι πρόσχειν τὸν σοφίαν ἐδόκουν, εἴ τις αὐταῖς τὴν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἐφῆκεν, ὅτῳ

30. Parum igitur cum sustinuisset se Callicratides (videbatur autem, quantum ex vultu licebat colligere, plenus & ipse certaminis esse) orationem contrariam exorsus est: Si concio mulieribus, & tribunalia, & civilium rerum esset communio, Imperator tu quidem aut praetor deligereris, & aeneis te per fora statuis, Charicles, honorarent. Vix enim ipsae de se, quotquot illarum praestare sapientia visae sunt, si quis illis dicendi potestatem permitteret, tanto stu-

a Ἀπαιτεῖν] Sic P. H. &c. & P. Ἀπαιτεῖ F. M. & V2. cum Fl. b Περικλεῖ δὲ σαυτῷ] Sic Fl. Ald. Fr. B2. P. H. W. Περικλεῖον δὲ σαυτῷ F. & V2. Περικλέους δὲ σαυτῷ L. S. A. Περίκλειον δὲ σαυτῷ mutato accentu marg. A1W. c Ἐνὶ] Ἐνι marg. A1W. d Ἐφαίνετο] Sic Fl. H. P. S. Ἐδόκει F. & marg. A1. e Αὐτῶν] Sic P. F. S. Αὐτῆς Ex. Fl. P. H. f Ὁπόσαι πρ.] Ὁπόσαι αἱ πρ. W. g Ἐφῆκεν] Ἀφῆκεν marg. A1.

15. Περικλέους δὲ σαυτῷ] In plerisque impressis & W. legebatur Περικλεῖ δὲ σαυτῷ. L. & Salm. Περικλέους δὲ σαυτῷ; quam sequitur A. Ed. F. autem & V2. Περικλείου δὲ σαυτῷ. M. du S.

Περίκλειον δὲ σαυτῷ] Sic legendum ex Aldina, a qua discessum ab iis puto, quos offenderet, immerito quidem, adjectivum Περικλεῖος, idque communi genere usurpatum. Malim etiam legere Περικλεῖόν τε σαυτῷ, quod junctura videbatur aptius: & paullo post, pro ἐνὶ τῷ σῷ λόγῳ καταστῆσαι, ὦ ἐνὶ κ.τ.λ. Repetitio literarum earundem ν omissioni occasionem dedisse potest. F. M. G.

Περικλέους δὲ σαυτῷ] Quia ex Codice bonae notae est, & verlioni Cl. Gesneri congruum, hoc recepi. Licet is enim Περίκλειον praeferat, nihil differt sensus; & quod genere communi accipi id adjectivum dicit, defendi posset ex hujus Dissert. c. 27. ubi γυναικεῖοι σύνοδοι habuimus, quod ibi pluribus probavi dici posse, etsi in Luciano ibi non probem. Verum ipse male positus Editionum F. & V2. accentus, quae Περικλέου praeferunt, suspicionem praebet ultimam longam fuisse in eo Cod. unde haec descripta. F. F. B.

32. Τελέσιλλαι] Consule Meursium Gr. fer. in Ἱερωσύνα, & Plut. 437. Leop. 58. Lil. Gyrald. H. Poët. 374. M. du S.

Τελέσιλλαι] Non jam opus est aliud hic indicare, quam Telesillam eandem esse poëtriam, de qua omnia jam studio V. Cl. Joh. Christiani Wolfii in unum collecta & Vandenhoeckianis typis elegantissime edita sunt in poëtriarum octo fragm. p. 62. seqq. F. M. G.

33. Οὐχὶ τὸ μελιχρὸν αὔχημα] Optime Mf. οὐχὶ τὸ μελοποιὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφώ. Non illud Lesbiorum decus, carminibus inclytum. Editi μελιχρὸν αὔχημα, quod vertunt mellita illa, qua se jactat Lesbus, Sappho. F. G. G.

34. Μελίχρων αὐχήματα] Hanc puto veram lectionem. Μελίχρων mellitum, dulcem significat, quo illam nomine an hic honorare voluerit hostis totius generis Callicratides, dubito. Μελοποιὸν (cui Scholia corruptissima ita suffragantur, ut tamen, aliam fuisse in

ſtudio dicerent: non illa armata contra Spartanos Teleſilla, propter quam Argis inſeminarum numinibus Mars memoratur: non flava illa Lesbiorum gloria Sappho, & filia ſapientiae Pythagoreae Theano. Sed forte nec Pericles ita Aſpaſiae cauſſam egit. Verum enimvero quandoquidem virum dicere pro feminis decet, pro viris etiam dicamus viri. At tu propitia, Venus, eſto. Nam tuum nos quoque Amorem colimus.

31. Equidem putabam intra ludum hilarem contentionem noſtram proceſſiſſe: quando vero iſtius oratio philoſophari etiam pro mulieribus inſtituit, lubens eam occaſionem arripui. Solus enim amor maſculus commune virtutis atque voluptatis opus eſt. Optaverim enim, ſi quidem fieri poſſet, arbitram aliquando Socraticorum ſermonum platanum, Academia pariter & Lyceo arborem feliciorem, prope nos ſtare enatam, ubi acclinabat ſe Phaedrus, ut ſanctus vir dixit, qui multas *eo loco dicendi* veneres aſſecutus eſt. Ipſa forte velut illa

μὴ σπουδῆς ἀν εἶπον. ἀχ ἡ Σπαρτιάταις ἀνθοπλισμένη Τελέσιλλα, δι' ἣν ἐν Ἄργει θεὸς ἀριθμεῖται γυναικῶν Ἄρης· οὐχὶ τὸ h. μελιχρὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφὼ, οὐδ' ἡ Πυθαγορείης σοφίας θυγάτηρ Θεανώ· τάχα δ' οὐδὲ Περικλῆς ὕτως ἀν Ἀσπασίᾳ συνηγόρησεν. ἀλλ' ἐπειδὴ εὐπρεπὲς ἄρρεσιν ὑπὲρ θηλειῶν λέγειν, εἴπωμεν καὶ ἄνδρες ὑπὲρ ἀνδρῶν. σὺ δὲ ἵλεως Ἀφροδίτη γενοῦ, καὶ γὰρ ἡμεῖς τὸν σὸν ἔρωτα τιμῶμεν.

Ἐγὼ μὲν ἐν ἐνόμιζον ἄχρι παιδιᾶς ἱλαρὰν τὴν ἔριν ἡμῶν προχόψαι· ἐπεὶ δὲ οἱ τούτου λόγοι καὶ φιλοσοφεῖν ὑπὲρ γυναικῶν l ἐπενοήθησαν, ἀσμένως τὴν ἀφορμὴν ἥρπασα. μόνος γὰρ ὁ ἄρρην ἔρως κοινὸν m ἀρετῆς καὶ ἡδονῆς ἐστιν ἔργον. εὐξαίμην n γὰρ ἂν, εἰ ἦν ἐν δυνατῷ, τὸ ἐπήκοον τοῖς Σωκρατικῶν λόγων πλατάνιστον, Ἀκαδημίας καὶ Λυκείου δένδρον εὐτυχέστερον, ἐγγὺς ἡμῶν ἑστάναι, πεφυκυῖαν ἔνθ' ἡ Φαίδρου προσανάκλισις ἦν, ὥσπερ ὁ ἱερὸς εἶπεν ἀνήρ, πλείστων ο ἀψάμενον Χαρίτων. αὐτὴ τάχα

h Μελιχρὸν] Μιλτωπὸν G. & Schol. Nihil mut. Edd. nec M. i Πυθαγορείου] Πυθαγορίου W. k Ἄνδρις] Ἄνδρας F. & Ald. male. Cett. recte ut edidi. l Ἐπενοήθησαν] Ἀπενοήθησαν marg. A1. m Ἀρετῆς C ηδ.] Ἡδ. καὶ ὠφ. W. n Γὰρ ἂν] Δ' ἂν marg. A1. o. Ἀψάμενον] Ἀψαμένου marg. A1.

33. Οὐχὶ τὸ μελιχρὸν] Γράφεται, οὐχὶ τὸ μιλτωπὸν. V.

49. Λυκείου] Τόπου. V.

in antiquo libro lectionem, indicent) non puto aliquid ad rem facere. Scilicet in colorem Sapphus jocatur fuſcum ſive nigrum, cujus ὑποκόρισμα eſt τὸ μελίχρουν. vid. laudatus modo *Wolf.* ad Sapph. p. 235. *J. M. G.*

Μελιχρὸν αὔχημα] At Μιλτωπὸν hoc Luciani citans dedit Cl. *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 120. i. e. *verſificem.* Nec ego id improbaverim, ſi plures Codd. addicerent. Verum quum vulgata etiam reperiatur in plurimis Codd. & *μελίχρουν*, quod Cl. *Geſnerus* inde facit, ſenſum fundat non incommodum, a corrigendo textu manum abſtineo. *J. F. R.*

35. Θεανώ] Vide *Menagium*, & noſtrum Ενθ. c. 28. *Anonym.* de Vita Pythag. No. 2. ἡ Θεανὼ δὲ λέγουσι μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ & μία τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ κόραι. *Porphyr.* No. 19. & *Ritterſh.* not. *M. du S.*

36. Περικλῆς — Ἀσπασίᾳ συνηγόρ.] *Plut.* Pericle p. 308. *H. Steph.* Ἀσπασίαν (accuſatam impietatis) ἐχρήσατο πολλὰ πάνυ ὑφ' ἡδονὴν τὸν δῆμον, ὡς Αἰσχίνης φησὶν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δίκην, καὶ δακρύσας τοὺς δικαστάς. *J. M. G.*

Ibid. Ἀσπασίᾳ] Idem Lucianus in *Gallo* teſtatur, Pythagoram Aſpaſiam Periclis Athenienſium ſcortum aliquando fuiſſe. *G. C.*

47. Συκῆ. — πλατάν.] Conf. infra *de Dom.* c. 4. *J. F. R.*

48. Πλατάνιστον] Πλάτανος ὑψηλοτάτην vocat *Plato* Phaedri exordio p. 337. F. Ex memoria laudari locum, vel affingi aliquid de induſtria, apparet etiam inde, quia apud Platonem non ad Platanum reclinat ſe Phaedrus, ſed ita potius Socrates p. 389. B. πάντων δὲ κομψότατόν τὸ τῇ πόᾳ, ὅτι ἐν ἱρῷ πρόσατιν ἐκεῖνο τὸ πλάτανος καλλικλινέστατον καὶ σκιερώτατον ἔχεται. *J. M. G.*

51. Ἱερὸς] Platonem hiſce deſignat. *M. du S.*

53. Ἐν

χα ἀν ὥσπερ ἡ ἐν Δωδώνῃ φηγὸς ἐκ τῶν [a] ὀροδάμνων ἱερὰν ἀπορρήξασα φωνὴν, τὸς παιδικὸς εὐφήμησεν ἔρωτας, ἔτι τῷ καλῷ μεμημφὴν Φαίδρῳ. πλὴν ἐπεὶ τῶτ' ἀμήχανον

——— ἦ γὰρ πολλὰ μεταξὺ

Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα,

ξένοι τε ἐπ' ἀλλοτρίας γῆς [b] ἀπειλείμμεθα, καὶ πλεονέκτημα Χαριτλέως ἐστὶν ἡ Κνίδος· ὅμως τἀληθὲς ὁ προδώσομεν, [c] εἴξαντες ὀκνῳ.

Μόνον ἡμῖν σὺ, δαῖμον οὐράνιε, καιρίως παρέστηθι, φιλίας εὐγνώμων ἱεροφάντα μυστηρίων ἔρως, ὁ κακὸν νήπιον, οἵα ζωγράφων [d] παίζουσι χεῖρες, ἀλλ' ὃν ἡ πρωτόσπορος ἐγέννησεν ἀρχὴ, τέλειον εὐθὺ τεχθέντα. σὺ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς καὶ κεχυμένης ἀμορφίας τὸ πᾶν ἐμόρφωσας. ὥσπερ οὖν ὅλῳ κόσμῳ τάφον τινὰ κοινὸν ἀφελὼν τὸ περικείμενον χάος, ἐκεῖνο μὲ ἐς ἐσχάτου ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς

—— σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς,

ὅπως ὑπ' ἀῤῥήκτου δεθὲν φρενὸς, τὸ ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται· λαμπρῷ δὲ φωτὶ τὴν ἀμαυρὰν νύκτα πετάσας, πάντὸς ἀψύχου

Dodonae fagus, ſacram erumpens de ramis vocem, pueriles amores formoſi Phaedri adhuc recordata probaverit. Verum cum fieri hoc nullo modo poſſit,

multa enim nimis intercedunt,
Montes umbroſi, reſonanti murmure pontus;

cum peregrini in aliena terra relicti ſimus, & praerogativa Charicles ſit Cnidus: tamen verum non prodemus, concedentes ignaviae.

32. Modo tu nobis, caeleſtis geni, opportune ades, amicitiae cognitor, arcanorum revelator Amor, non infans vilis, qualem pictorum ludunt manus, ſed quem ſeminandi princeps origo genuit ab ipſa ſtatim nativitate perfectum. Tu enim ex obſcura & profuſa informitate univerſum hoc formaſti. Igitur velut commune quoddam univerſi mundi ſepulcrum auferens, circumfuſum illi chaos, hoc quidem in ultimi receſſus tartari fugaſti, ubi vere

Sunt portae ex ferro, ſunt duri liminis aera,

uti perrumpenda nunquam cuſtodia vinctum a reditu arceatur: ac ſplendida luce obſcuram noctem explicans, inanimatorum omnium

a Ὀροδάμνων] Ὀροδρυῶν W. & P. Vulgata eſt in *J. P. Fl. H.* &c. b Ἀπειλήμμ.] Sic *S.* Ἀπειλήμμ. cett. c Εἴξαντες] Νικηθέντες P. d Παίζουσι] Παίζουσαι W. e Δεθὲν] Sic recte *Fl. P.* W. & marg. *A1.* Δεθὼν ceterae Edd. omnes.

53. Ἐν Δωδώνῃ φηγὸς] Vide proverbium *Dodonaeum*, & *Cel. Rhodigin.* L. 29. c. 15. *Sophoclem* in Trachiniis, de geminis columbis. *G.C.*

57. Ἦ γὰρ πολλὰ] *Homer.* Il. A. 156. *M. du S.*

64. Φιλίας εὐγνώμων ἱεροφάντα] Ordo, ὦ ἔρως φιλίας εὐγνώμων ἱεροφάντα μυστηρίων. *F.G.*

68. Σὺ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς] Vide *Ariſtoph.* Avib. v. 700. & ſeqq. *L.K.*

73. Σιδήρειαί &c.] *Homer.* Il. Θ. 15. *M. du S.*

74. Δεθὲν] Ἐκεῖνο (Χάος) μὲ ἐς ἐσχάτου ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς, ὅπως ὑπ' ἀῤῥήκτου δεθὲν φρενὸς, τὸ ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται. Is, qui encomium παιδερασίας eſt dicturus, invocat Cupidinem, quem ait primum omnium creatum fuiſſe; ejus opera exſtitiſſe rerum formas, & informe Chaos in ima Tartari eſſe proturbatum, ubi portae ſint ferreae, limen aheneum; ut ibi aeterna & non diſſolvenda cuſtodia vinctum, reditu ad ſuperos prohibeatur. Vel puer videat (immo ipſe puer ante aliquot annos videram & notaveram) legendum eſſe δεθὲν, non δεθὼν. Nec aliter, ac conjeceram, poſtea vidi contineri in editione Florentina. Sicuti hic ergo δεθὲν ὑπ' ἀῤῥήκτου φρενὸς, ita ὑπὸ κλοιῷ δεθὲς in *Apolog. pro Merc. Cond.* c. 1. & infra in *Toxar.* c. 32. Caeterum de Cupidinis antiquitate Noſter iterum in *De Saltatione*, ubi ſaltationem ſimul & Cupidinem cum ipſis rerum primordiis exſtitiſſe memorat c. 7. Ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαῖεν ἂν σοι ἐ ἔρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ἔρωτι συναναφανῆσαι. *Simul cum prima univerſi generatione diceret tibi, & Saltationem ortam eſſe, una cum antiquo illo Cupidine editam.* Itidem in *Deor. dialogo* II. ubi ad Cupidinem Jupiter, σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς ἁρπαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; Huc faciunt verba *Platonis* in Sympoſio, Ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο οὐκ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου ἐ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν. ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. *Ego vero multa alia Phaedro adſentiens, id minime adſentior, quod Cupido ſit Saturno & Japeto antiquior. Verum ajo illum Deorum eſſe natu minimum, ſemperque juvenem.* Statim poſt Chaos, poſt Terram, & Tartara exſtitiſſe Cupidinem, in Theogo-

omnium animatorumque factus es opifex: eximia autem hominibus concordia affundenda honestas amicitiae affectiones conjunxisti, ut ex innocenti & molli adhuc anima simul enutrita benevolentia ad virilem maturitatem perveniat.

33. Nuptiae enim, ut necessariae successionis remedia, inventae sunt: solus amor masculus honestum philosophae mentis imperium est. Quaecumque autem praeter necessitatem decoris caussa exercentur, ea major consequitur honor, quam quibus usus quaedam indigentia adjecta est: & omnino pulchra necessariis sunt praestantiora. Donec ergo imperiti erant homines, necdum satis otii ad quotidiana meliorum experimenta haberent, contenti *praesentibus* intra ipsa se necessaria continebant; urgensque tempus bonae vivendi rationis inveniendae opportunitatem non praebebat. Postquam vero urgentes illae indigentiae finem habuere; posterorumque ingenia, necessitate soluta, otii satis nacta sunt melioribus inveniendis; ex ea re paullatim artes enatae sunt. Hoc nobis de vilioribus illis licet conjicere. Vix nati erant primi quique, & animam habebant opifex Amor: expeditus autem, & animam habebat jam Cupido. Et omnino ad omnia animata procreanda & fingenda artifex. Sed ut ad rem redeam, ex innocenti & molli adhuc anima simul enutrita benevolentia ad virilem maturitatem perveniat.

Γάμοι μὲν γὰρ ἀφορμὴ διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηνται φάρμακα. μόνος δὲ ὁ ἄρρην ἔρως, φιλοσόφου καλόν ἐστι ψυχῆς ἐπίταγμα. πᾶσι δὲ τοῖς ἐκ τοῦ περιόντος εἰς εὐπρέπειαν ἠσκημένοις, ἕπεται τιμὴ πλείων, ἢ ὅσα τοῦ [f] παραυτίκα χρείας ἐπιδεῖται· καὶ πάντη τοῦ ἀναγκαίου τὸ καλὸν χρεῖττον. ἄχρι μὲν οὖν ὁ βίος ἀμαθὴς ἦν, οὐδέπω τὸ καθ' ἡμέραν πείρας πρὸς τὸ βέλτιον εὐσχολῶν, ἀγαπητῶς ἐπ' αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα συνεστέλλετο· τὸ δὲ ἀγαθὸν ἀφείτης ἐπείγων ὁ χρόνος, οὐ παρέσχεν εὕρεσιν. ἐπειδὴ δὲ αἱ μὲν ἐσπευσμέναι χρεῖαι πέρας εἶχον, οἱ δὲ τῆς ἐπιγιγνομένων ἀεὶ λογισμοὶ τὸ ἀνάγκης ἀφεθέντες [g] ἠκαίρουν, ἐπινοεῖν τι τὸ κρειττόνων ἐκ τούτου κατ' ὀλίγον ἐπίσημαι συνηύξοντο. τοῦτο δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν [h] ἐντελεστέρων τεχνῶν εἰκάζειν εἰκάζειν. αὐτίκα πρῶτοί τινες

[f] Παραυτίκα] Restitutum ex *J.* & *V2.* Παρ' αὐτὰ cett. & M. [g] Ἠκαίρουν] Sic Edd. Εὐκαίρουν P. [h] Ἐντελεστέρων] Nil mutare *Fl.* notat *M. du S.* Sed nec *J. H. P. S.*

gonia ait *Hesiodus*. De antiquitate Cupidinis vide etiam *Orphea* in Argon. 422. *J. F.*

Δεῖν] Recte in W. *Fl.* & *P.* corrupte autem in reliquis δεῖσθαι. *M. du S.*

87. Παραυτίκα] Sic recte Ed. *J.* & *V2.* nisi quod divisim scribant. Aliter M. *Fl. Fr. B2. S.* nempe παρ' αὐτά. *M. du S.*

Παραυτίκα] Nemo mirabitur hanc lectionem a me receptam esse, licet omnes fere Edd. & Codd. repugnent. Nam inspicienti patebit, eam se suo venustate commendare, nec opus erit amplius adverbii hanc structuram usumque exemplis firmare; modo videas quae indicamus ad c. 16. hujus Προσλαλιᾶς. *J. F. R.*

91. Ἀγαπητῶς] *Alciphr.* I. Ep. 13. Πόθεν γάρ ποτε καὶ ἁλιέα δύστηνον ἀγαπητῶς τὸν ἀναγκαῖον ἐκπορίζοντα βιοτὴν ἔρως ἐνέκυψε; quod Cl. *Bergl.* vertit: *Enimvero ecunde in piscatorem miserum, qui VIX necessarium victum adquirit, amor impetum fecit?* aliaque tria testimonia adducit, quibus probat ἀγαπητῶς esse *vix, aegre*. Ap. *Herodian.* vero VI. 2. 10. μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν ἀλογοῦμεν — ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὐτοῦ. *Debere unumquemque suis rebus contentum esse.* Et VII. 8. 9. τὸν ἰσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντας τὰ ἑαυτῶν. Sed cum *Steph.* alia proferat, ubi *grate, amabiliter* significet, rogaveris, anne contraria significatio sic insit huic adverbio? Verum si propriam ejus vim attendas, videbis esse id, quod praesens rerum status exigit, quo quis contentus est, adeoque ad animum hominis ubi referas, suum statum amantis, i.e. contenti, manere seusum atque originem τῷ ἀγαπᾶν, ut apud nos, **vous** lief **nemen**. Quod ipsum tamen, cum de re mediocri ac tenui dici amet, facile patet, cur id etiam *vix, aegre* interdum vertere liceat. Et sic sane vertendus alter *Alciphronis* locus III. 25. p. 332. Ἐγὼ δὲ οἰνοῦμαι μόνη; μὴ Σισύφας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα — *sola ego cum Syra liberos* aegre *alens*. Et quamvis locutionis ratio non adpareret, satis est usum sic jubere. *J. F. R.*

95. Ἐπιγιγνομένων] Supple ἀνθρώπων. *F. G.*

98. Ἐντελεστέρων] Non fine ratione Florentinam hic contulit *Solanus*; nam videtur suspicatus aliquam ceterarum αὐτελεστέρων habere. Et Interpres Parisinae sic videtur legisse, qui *vulgaribus & inferioribus* vertit, quum *Benedictus* contra *absolutissimis*, & sic debebat,

τινες ἄνθρωποι γενόμενοι, τῦ καθ' ἡμέραν λιμῦ φάρμακον ἐζήτευν, εἶθ' ἁλισκόμενοι τῇ πρὸς τὸ παρὸν ἐνδεία, ἡ ἀπορίας ὀκ ἐώσης ἐλέᾳ τὸ βέλτιον, ἢ εἰκαίαν πόαν ἐσιτῦντο, ἡ μαλθακὰς ῥίζας ὀρύτ[τ]οντες, ἡ τὰ πλεῖστα δρυὸς καρπὸν ἐσθίοντες. ἀλλ' ἢ μὲ ἀλόγοις ζώοις μῆ χρόνον [a] ἐρρίφη, σπόρον δὲ πυρῦ ἡ κριθῆς εἶδον αἱ γεωργῶν ἐπιμέλειαι, εὑρῆσαι κατ' ἔτος ἐκκεχύλσαι· ἡ ὐδὲ μανεὶς ἂν εἴποι τις, ὅτι δρῦς τάχυος ἀμείνων.

dam homines, cum quotidianae famis remedium quaesivere: cum deprehensi a praesente inopia, cum indigentia, quod melius esset, eligendi facultatem non concederet, fortuita herba vescebantur, cum & molles radices effoderent, & querçus plerumque fructum ederent: sed haec quidem post tempus aliquod mutis animantibus abjecta sunt: sed tritici sementem atque hordei videbant agricolarum curae, quam invenerant, quotannis instaurari. Nec adeo insaniat quisquam, qui spica meliorem dicat quercum.

Τί δ' ὀκ ἐν ἀρχῇ μὲ [b] εὐθὺ τῦ βίυ, σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρία δείραντες ἠμφιέσαντο; ἡ σπήλυγξας ὀρῶν, κρύυς καταδύσεις ἐπενόησαν, ἢ [c] παλαιῶν ῥιζῶν; ἢ Φυτῶν αὖα κοιλώματα; ἢ δὲ ἀπὸ τύτων μίμησιν, ὅπῃ τὸ κρεῖττον ἀεὶ μετάγοντες, ὕφηναν μὲ ἑαυτοῖς χλανίδας, οἴκυς δὲ [d] ᾠκίσαντο, ἡ λεληθότως αἱ τέχναι τὰ τύτων χρόνον λαβῦσαι διδάσκαλον, τὰ νῦν

34. Quid vero? nonne principio statim vitae, indigentes tegumento homines, excoriatorum pellibus animalium induebantur? & montium speluncas perfugia frigoris excogitabant, aut rursus radicum plantarumque *asservandarum* siccas cavernas? Verum *coeptam* ab his imitationem, transferentes semper in melius, texuere sibi lenas, domus aedificarunt, & sensim artes istarum rerum tempus magistrum nactae, pro

a Ἐρρίφη] Sic Edd. Ἐρρίφθη L. b Εὐθὺ] Deest in Ex. Fl. Adest in Edd. & P. c Παλαιῶν] Ex *J.* & *Va.* Πάλαι Edd. cett. In W. Πάλαι ῥιζῶν legitur, sed litera est extrita, & videtur fuisse ῥιζῶν. Παλαιὰ marg. *Ald. W.* d Ὠκίσαντο] Ὠκίσατο W.

qui ἐττιλ. legit, quod nec ego in ἐύτιλ. mutaverim. De iis enim artibus loquitur, quae jam summum perfectionis gradum attigerint, olim autem rudes & imperfectae erant. *J.R.R.*

7. Ἢ] Πόσ scilicet. *M. du S.*

Ibid. Ἐρρίφη] Ἐρρίφθη *Solan.* correxerat ex L. addideratque conferendum *Dial. mort.* X. §. 2. Sed hoc parum ad rem; nam illic ἀπερρίφθαι legas, quod est praeterit. imperativi, unde non consequitur, hic aoristo secundo pro primo uti non licere. Nisi forsan hoc tempus fefellerit ipsum, credentem ex analogia aor. 2. ἐρρίπην habere. At cum ῥίπτω sit a ῥίφω formatum, facit ἐρρίφην, in particip. ῥιφείς. Quare quod probum est, non sollicitemus. *J.F.R.*

12. Εὐθὺ τῦ βίυ] Habuimus saepe supra, ut εὐθὺ τῦ Ἑλλάδος, in *Herod.* I. *Aet.* c. 1. vers. 13. Et *Hermot.* c. 23. χαμαὶ εὐθὺ τῦ πάλεως. c. 46. vers. 56. ἄγει εὐθὺ τῦ εὐδαιμονίας. *J.F.R.*

15. Πάλαι ῥιζῶν] Legitur σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρία δείραντες, ἠμφιέσαντο, ἡ σπήλυγξας ὀρῶν κρύυς καταδύσεις ἐπενόησαν. ἢ πάλαι ῥιζῶν, ἢ Φυτῶν αὖα κοιλώματα. dudum vitii suspectus mihi fuit hic locus, in posteriore parte: merito autem videbar mihi suspicari, pro πάλαι scriptum fuisse aliquid, quod radicibus possit detrahi, & utcumque pro tegumento adhiberi. Neque vero πάλαι hic commode potest esse *olim*, ut intellexit Interpres, reddens, *Homines tegumento indigentes, vellera, feris excoriatis, induerunt; & speluncas montium, quas contra frigus subirent, excogitarunt: aut olim radices, plantarumque siccas cavitates.* Vir quidam in his literis infignis, suggerebat mihi, πάλαι ῥιζῶν posse verti *antiquarum radicum*; sed desiderabam articulum, qui vulgo vocibus πάλαι soleat apponi; ut *οἱ πάλαι*. Haereo, Lector, haereo. *J.J.*

Παλαιῶν ῥιζῶν] Recta omnino haec scriptura, quam *J.* & *Va.* debemus; in reliquis enim foedissimo consensu πάλαι legitur. nec in tot Editoribus repertus, qui medicinam faceret, aut saltem tentaret. In W. etiam πάλαι. Sed ibidem videtur fuisse prius ῥιζῶν. *M. du S.*

Ἢ πάλαι ῥιζῶν] Suspicor legendum ἢ πάλαι, ut disjunctioni modo serviat. Non semper *iterationem* aut *reciprocum* quiddam significari hac particula, sed connexioni f. disjunctioni potius servire apparet, V.G. ex Themistoclis ad Artaxerxen epistola apud *Thucyd.* I. 137. ἐτιμῶ οὖν τῷ ἀσφαλεῖ μᾶλλον ἐμοί, ἐπαίνῳ δὲ σῷ ἐπιτυγχάνειν πάλαι ἡ ἀσπουδὶ ἐγίγνετο. Sic Latini *contra* adhibent ac *rursus*. Sic Noster paullo post c. 35. ἐπεὶ ἀλλὰ τὰ μὲ πάλαια—ἃ δὲ αὐθις—ἃ βίου ἡμῶν. *J.M.G.*

Pa-

pro simplici textura pulchrius quiddam variegarunt; pro vilibus casis, sublimia tecta, & saxa sumtuosa machinati sunt, & nudam parietum informitatem floridis colorum tincturis pinxere. Verum unaquaeque harum artium ac scientiarum, muta olim & profunda oblivione mersa, velut post longum occasum paullatim in suos radios exorta est. Unusquisque enim, si quid invenisset, suo successori tradidit: tum ipsa accipientium series, addendo iis, quae didicisset, quod deficiebat explevit.

35. Ne igitur a vetusto tempore masculos amores quisquam repetat. Cum mulieribus enim congredi necesse erat, ne plane feminis expers genus nostrum interiret. Varia autem eruditio, & virtutis hujus, pulchri amore accensae, cupiditates vix ab ipso, quod nihil impervestigatum relinquit, aevo in lucem venturae erant, ut cum divina philosophia puerorum etiam

ἀντὶ δὲ λιτῆς ὑφῆς, τὸ [e] κάλλιστον ἐποίκιλαν, ἀντὶ δὲ εὐτελῶν δωματίων, ὑψηλὰ τέρμνα, καὶ λίθων πολυτέλειαν ἐμηχανήσαντο, καὶ γυμνὴν τοίχων ἀμορφίαν εὐανθέσι βαφαῖς χρωμάτων κατέγραψαν. πλὴν ἑκάστη γε τούτων τῶν τεχνῶν, καὶ ὀλίγῳ μέλει, ἄφωνα ὄντα, καὶ βαθείαν ὀλιγεθειμένη λήθην, ὡς ἀπὸ μακρᾶς [f] δύσεως καὶ μικρὸν εἰς τὰς ἰδίας ἀνέτειλεν ἀκτῖνας. ἕκαστος δὲ εὑρών τι, παρεδίδου τῷ μετ' αὐτόν· εἶθ' ἡ ἀλλεπάλληλος τῶν λαμβανόντων, οἷς ἔμαθεν ἤδη προσιθεῖσα, τὸ ἐνδέον ἐπλήρωσε.

Μὴ [g] δή τις ἔρωτας ἀῤῥένων ἀπαιτείτω ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ χρόνου. γυναιξὶ γὰρ ὁμιλεῖν ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα μὴ τελέως [h] ἄσπερμον ἡμῶν [i] φθαρῇ τὸ γένος. αἱ δὲ ποικίλαι σοφίαι, [k] καὶ τὸ φιλοκάλου ταύτης ἀρετῆς ἐπιθυμίαι, μόλις ὑπὸ τοῦ μηδὲν ἐῶντος ἀνίχνευτον αἰῶνος εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν, ἵνα τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ παι-

[e] Κάλλιστον] Ita restitui ex L. Κάλλιον Edd. hac priores. [f] Δύσεως] Sic J. Pell. Λύσεως Edd. Sed pro μικρᾶς est μακρᾶς ap. eund. & Edd. [g] Δή τις] Vulgatam hanc etiam esse in P. notat M. du S. [h] Ἄσπερμον] Ita habent M. & P. cum Edd. plurimis. Ἄσπορον J. V2. Fl. [i] Φθαρῇ] Φωνῇ P. [k] Καὶ] Deerat in P. H. & Fl. Inserui ex J.

35. Ἄσπερμον] Ὦ μακρολόγε, εἰ χωρὶς γυναικῶν ἄσπερμος, ὁ βίος, τί γὰρ λοιπὸν ἦν ἡμῶν ἀθανατοῦσι τὸ θῆλυ, λύσις ἔσται τοῦ κόσμου, τί γὰρ ἔτι κόσμος ἀνθρωπίνης χρείαν φωνῆς; M.

Παλαιοῦ] Etsi scio αἱ πάλαι ῥίζαι aeque Graecum esse atque παλαιαὶ, tamen obsecundavi *Solano*, quia sensus adverbii foret alius, & hic ineptus; nam οἱ πάλαι sunt quidem *antiqui*; sed ii, qui non amplius sunt. Jam non intelligendae radices quae olim fuere, nunc non sunt amplius; sed *inveteratae* & *robustae*. Quod in *marg. Ald. Wessel.* est παλαιὰ, natum esse potest ex Cod. qui παλαιαὶ habuit, aut dare voluit, Graecismo satis quidem usitato, hic vero non conveniente, propter sequens αἰῶνα κοιλώματα. *J. F. R.*

28. Ὡς ἀπὸ μικρᾶς λύσεως] Benedictus *tanquam a parvo occasu*. Legit ergo δύσεως, quae nullum hic sensum habet. Alii *a parvo somite*, nimis translate, nec opus tam alta figura, quum apte possimus ac debeamus *velut exiguam nactae solutionem* vel laxamentum. *J. G.*

Ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως] *Aldina* lectio & ipsa post longas hujus loci tenebras, ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως, revocanda merito. Miror, qui δύσεως vidit, eum μακρᾶς potuisse fugere. Convenit cum praecedentibus, ubi ἄφωνα, & βαθεῖαν ἐπιτεθειμένη λήθῃ unaquaeque artium vocatur, cum respectu forte ad illas aeternas rerum revolutiones & ἀποκαταστάσεις Stoicas & Heracliteas, Pythagoricasque adeo: vel certe ad Platonicum illud Socraticumque dogma, quo discere est reminisci. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπὸ μακρᾶς δύσεως] Ἀπὸ μικρᾶς λύσεως erat in omn. Edd. Excepta *Ald.* 2. quam Cl. *Gesn.* indicat. In *Ald.* 1. autem aeque est λύσεως atque in ceteris. Sed quum & *Pelleti* Cod. accedat lectioni ab Cl. *Gesn.* & *Solan.* revocatae, vulgatam rejeci. *J. F. R.*

Ibid. Λύσεως] Ego δύσεως ab Auctore hujus libelli scriptum fuisse existimo. *M. du S.*

Λύσεως] Λύσεως. *F. G.* Sic diserte in nott. Mss. *Gujeti* legebatur; non dubito tamen quin describentis sit vitium; nam δύσεως auctor voluit. *J. F. R.*

38. Ἐπιθυμίαι] An glossema est τῇ ποικίλαι σοφίαι; placet. *F. G.*

Ἐπιθυμίαι] Καὶ non legerat *Gujetus* in sua Edit. ideoque pro glossemate habuit adpositionem τῇ ἐπιθυμίας, jam vero adparet, non esse plane idem quod post σοφίαι sequitur. *J. F. R.*

παιδεραστεῖν συναχμάσῃ. μὴ δῆτα, Χαρίκλεις, ὁ μὴ πρότερον εὑρήθη, τοῦτο ἐπινοηθὲν αὖθις ὡς φαῦλον εὐθύνειν· μηδ' ὅτι τῶν παιδικῶν ἐρώτων αἱ γυναικεῖαι σύνοδοι πρεσβυτέρας ἐπιγράφονται χρόνους, ἐλάττω θατέρου. ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀναγκαῖα νομίζομεν. ὰ δὲ αὖθις ἐνευκολύνασα τοῖς λογισμοῖς ὁ βίος ἐπεξεῦρεν, ὡς ἐκείνων ἀμείνω τιμητέον.

amor adoleſceret. Quare noli, Charicles, quod prius inventum non erat, poſtquam excogitatum eſt, rurſus tanquam pravum ſub cenſuram vocare; nec ideo, quod puerorum amoribus muliebres congreſſus antiquiora tempora inſcripta habent, alteri *generi* detrahe. Sed vetera quidem ſtudia neceſſaria putemus; quae autem rurſus vita, excogitandi otium nacta, edinvenit, ea tanquam meliora illis honorare oportet.

Ἐμοὶ μὲν δὴ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἐναγχος ἐπῆει, Χαρικλέους ἄλογα ζῶα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος· ὀλίγου δὲ καὶ τὸ ἄγαν φιλονεικίας καὶ μελενόει, γενόμενος Ἕλλην. ὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν, [a] ὑπεραλμύῳ τῇ φωνῇ τόνῳ τὸ ῥηθὲν ἐκλέπειν, ἀλλ' ἐπηρμένῃ φωνῇ λαρυγγίζων, Οὐκ ἐρῶσι, φησὶν, ἀλλήλων λέοντες, οὐδ' ἄρκοι, καὶ σύες, ἀλλ' αὐτῆς ἡ πρὸς τὸ θῆλυ μόνον ὁρμὴ κρατεῖ· καὶ τί θαυμαστόν; ἃ γὰρ ἐκ λογισ-

36. Equidem paullo ante vix a riſu mihi temperabam, Charicle muta animalia & Scytharum laudante ſolitudinem: parum aberat, quin prae nimia contentione, quod Graecus eſſet, ipſum poeniteret. Neque enim, ut qui contraria propoſito diceret, ſubmiſſa voce ipſa dicta ſua quaſi ſuffurabatur; ſed ſublata voce, dilatato gutture boans, *Non amant*, inquit, *ſe invicem leones mares, neque urſi, neque apri, ſed ipſos ſolus in feminas impetus ſuperat.* Et quid mirum? quae enim ratione ductus merito ele-

a Ἐνισχολ.] Ἐνάχ. *Fl.* At vulgata eſt in *J. P. H. S.* &c. b Ὑπεραλμύῳ] Ὑπεραλμύῳ τε W.

44. Γυναικεῖαι σύνοδοι] At ſupra c. 27. γυναικεῖοι σύνοδοι Edd. quod ex hoc loco corrigendum tamen ſervavimus, ut habeant & alii in quo ſe exerceant. Vid. quae ibi notavi. *J. F. R.*

50. Ἐμοὶ — γελᾶν — ἐπῆει] Vid. de hac phraſi agentem Cl. *Hemſterh.* T. I. p. 26. ad *Prometh.* §. 2. *J. F. R.*

51. Σκυθῶν ἐρημ.] Ad quae *Chariclis* verba reſpiciat, incertum eſt. Sed ſic invidioſe ſolent Oratores aut detorquere adverſarii verba, aut etiam fingere. *M. du S.*

53. Τῆς ἄγαν φιλονεικίας] Similia hujus locutionis exempla vid. ſupra ad c. 16. *J. F. R.*

54. Οὐδὲ γὰρ &c.] Interpres verba [ὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν] ex ignoratione Helleniſmi vertens: *Neque enim veluti qui contraria loqueretur, quibus dicere aggrediebatur*, palam pervertit. Alia hic eſt ſyntaxis Latina, alia Graeca. Vertendum fuit, *Neque enim quaſi contraria loquens iis, quae dicere erat aggreſſus.* Integra fuiſſet Graeca locutio, ἐναντία φθεγγόμενος τούτοις, ἃ (vel etiam οἷς, ut notus eſt Graecorum mos) ἐπεχείρει λέγειν. Ellipticam iſtam loquendi rationem frequentiſſime amant Graeci; ſic Noſter in *Reviviſcentibus* c. 14. f. ὡς ὑπόχῃ τὴν ἀξίαν ὧν ἔδρασε. *ut ſubeat dignam poenam eorum, quae fecit.* in *Hermotimo* c. 53. f. ἃ μνημονεύεις ὧν ἔφλω. in *Sacrificiis*, ὐδὲ ἀμοιβὰ ποιοῦσιν, ἃ ποιοῦσιν. In *Prometheus es in verbis*, ἐρωτητέον οἷς ἄπαξ προειλόμην. *Ariſtophanes* in Pluto,

Ἔχω τίν' ἐγὼ ἐλπίδα, ἐξ ὧν εἰπεῖ μοι.

Iſocrates in Panathenaico, εἰ τὰλλα ἐπέθηκεν, οἷς διενοήθη πράττειν. Fuit cum haec concinna & ſuccincta Graecorum locutio fraudi eſſet *H. Stephano*. Nam cum apud *Herodianum* cap. 4. Marcus ait, Ἀχθομαί μὲν ὑμῖν ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με ἀλγοῦντα, θαυμάζων δὲ volebat *H. Stephanus* excidiſſe ὅτων [ὅτων ἀλγοῦντα] & ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με eſſe idem, quod ἐπὶ τῷ ὁρᾶν με. Sed hanc criſin ab hoc loco abſtinendam eſſe, docte monuit *Tan. Faber* in epiſtola ſua Herodiani editioni ultimae praefixa; docens Ἀχθομαί ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με ἀλγοῦντα poſitum eſſe pro Ἀχθομαί ἐπ' ἐκείνοις, ἐν οἷς ὁρᾶτέ με ἀλγοῦντα. Caeterum adeo religioſe obſervant hanc loquendi rationem elegantiores Graeci, ut etiam ſi inſequatur verbum, caeteroquin genitivum aliumve caſum poſtulans, illius tantummodo caſus, qui regatur a praecedenti verbo, rationem habeant. Sic in veteri proverbio apud Scholiaſten *Theocriti* ad Eid. X. vſ. 96. Ἔχεις ἄπερ ἐπεθύμεις, *voti compos factus es.* Notum eſt τὸ, ἐπιθυμεῖν fere ſemper cum ſecundo caſu conſtrui. Ita & apud *Sophoclem*, Αἰτῶ, ἃ τεύξῃ pro, Αἰτῶ ταῦτα, ἃ τεύξῃ, rogas; quae conſequeris. Hoc Sophoclis adducit *Suidas* in A, oſtendere volens, τὸ, ἃ quandoque pro ἅ poni. Sed profecto ἃ ſic non magis pro ἅ, quam pro οἷς poni poteſt, ubi ratio loquendi ita fert: idque aliquando fieri, exemplo doceat ipſe Lucianus: apud quem in *Necyomantia* c. 16. med.

elegerit aliquis, ea his, quae rationes non poſſunt ſubducere, propter ſuum ſtuporem habere non licet. Nam ſi Prometheus, aut Deorum quis alius, mentem unicuique humanam adjunxiſſet; non ſolitudo ſane & ſilveſtris victus ea paſceret, neque in cibo ſe invicem haberent: ſed aeque ac nos templis aedificatis, & mediis ſuarum quisque aedium Penatibus, communibus legibus in civitate viverent. Quid mirum autem, ſi animalia, ab ipſa natura damnata, quibus nihil eorum, quae ratio ſuppeditat, accipere a Providentia contigit, inter alias res maſculis etiam cupiditatibus privata ſunt? Non amant leones? ſed nec philoſophantur: non amant urſi? Quantum enim oriatur ex amicitia bonum, neſciunt. Sed inter homines prudentia ſcientiae conjuncta, frequentibus *collecta* experimentis, optimum quod eſt eligens, firmiſſimos amores decrevit maſculos.

μὴ δικαίως ἄν τις ἐλοίσο, ταῦτα τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι δι' ἀφροσύνην οὐκ ἔνεστιν ἔχειν. ἐπεί τοι Προμηθεὺς, ἢ θεῶν τις ἄλλος, εἰ νῶν ἑκάστῳ συνέζευξεν ἀνθρώπινον, οὐκ ἂν ἐρημία, καὶ βίος ὀρεινὸς αὐτοὺς ἐποίμαινεν, οὐδ' ἀλλήλοις τροφὴν εἶχον. ἐξίσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ δειμάμενοι, καὶ μέσην ἑστίαν τῶν [d] ἰδίων ἕκας οἰκῶν, [e] τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις. τί δὴ θαυμαστὸν, εἰ ζῶα τῆς φύσεως κατάκριτα, μηδὲν, ὧν λογισμοὶ παρέχουσι, τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα, προσαφῆρηται καὶ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄρρενας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, τὸ γὰρ ἐκ φιλίας καλὸν, οὐκ ἴσασιν. ἀνθρώποις δ' ἡ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις, ἐκ τοῦ πολλάκις πειρᾶσαι τὸ κάλλιστον ἐλομένη, βεβαιοτάτους ἐρώτων ἐνόμισε τοὺς ἄρρενας.

Μὴ

[e] *Μίσῳ*] Sic *Fl. H. P. S.* μίσην *J.* an μισὴν *J.* voluit? [d] Ἰδίων] Ἐδίων *J.* ſola. [e] Τοῖς κοινοῖς] Τῆς κοινῆς male *J.* Τοῖς κοινῆς *P.* Τοῖς κοινοῖς *P. Ald. Fr. S.* &c.

78. Βεβαιοτάτους ἐρώτων] Εἰ πάντα πρὸς τὸ τέλος ἡ φύσις ἀφωρίσατο, οὐδὲν δὲ τὴν ἡδονὴν ἐπενόησε πρὸς τὸ τέλος, ἀλλά μοι, κατάφαλε, τί πλέον ἡδονῆς ἡ ἀρρενοφθορία ἐπαγγέλλεται, ὡς ἡ τῶν γυναικῶν μίξις *παιδοποιεῖ, ἡ τῶν βρεμιάτων ποικιλία τὴν σωματικὴν σύστασιν, ἡ τῶν ἱματίων τὴν ἀπὸ τῆς θάλψεως τοῦ ζώου σωτήρησιν, καὶ ἐπὶ πάντων αὐτῶν. † ἀλλ' ἐπὶ κιφαλὴν σοι τὸ δύσφημον ἄλογον ἀσάγιον τῆς τάξεως τὴν φύσιν Θεῶν. *V.*

* Παιδοπ.] Πρὸς παιδοποιΐαν erat editum. Sed praepoſitionem ducibus V. & M. delevit *M. du S.*

† Ἀλλ'] M. Cod. ἀλλ' ἰδὲν ἴχοιο τοῦτον ἀπὸ τῆς μοιρᾶς δῶξαι χρήσιος ταύτης, ἅ σοι καὶ σοῖς μεγάλαν ἀποτελεστῆ βλασφημίαν. καὶ μίσην ὕπαν τὴν φύσιν. καὶ σολὺ σρότερον.

med. legas, Οὐχὶ δὲ πρὸς ὀλίγα ἰχρήσαντο ἀποδιδόντες. pro οὐκ ἀποδιδόντες ταῦτα, οἷς πρὸς ὀλίγον ἰχρήσαντο. Ex his male *Dionyſius Voſſius* ad Caeſaris III. de B. G. c. 24. corrigit Graecum Caeſaris Interpretem, pro καὶ ἡ φύσις παρεῖχον δόξη legens καὶ ὧν &c. *J. J.*

55. Οἷς ἰπιχείρει] Vulgarem hanc ellipſin obiter attigimus ad *Aſtrob.* c. 1. μιμέομαι ἀπόσι σοφά. *J. F. R.*

56. Ἔκλαθεν] Non vererer vertere *abſcondidit*, etſi proprie ſit, *ſubtraxit* ſcil. audientibus. Nam κλάθειν eleganter dici de iis qui clam aliquid agunt, ſi non ſatis notum, adeatur Cl. *Perizon.* ad Aelian. III. 47. κλέπτων τὴν τῶ Ἀθηναίων τύχιν. *J. F. R.*

57. Λαμπαγίζων] Vide ſupra c. 22. *M. du S.*

Λαμπαγίζων] *Aeſchini* objicit Demoſthenes pro corona cap. 90. ἐπέφας τὴν φωνὴν ἐγγηθὼς, καὶ λαμπαγίζων. Refert etiam *Plin.* epiſt. 4, 7, 6. *J. M. G.*

62. Δι' ἀφροσύνην] Sic Populia M. F. apud *Macrob.* 2, 5. extr. ad ſimilem objectionem a mutis animantibus ſumtam reſpondet, *Beſtiae enim ſunt.* *J. M. G.*

67. Καὶ μίσην ἑστίαν — οἰκῶν] Addi poteſt hic locus, de Veſta in media domus parte culta, his, quae habet *Spanhem.* tum in diatr. de Veſta & Pryt. Gr. tum ad *Callim.* H. in Del. 325. p. 523. itemque alius e Scholiis ad *Heſiodi* Theogon. 454. ubi cauſſam reddit cur ἑστία etiam appelletur Terra Mater, Ceres, Δημήτηρ, παρ' ὅσον τῷ παντὶ τὸ μέσον λαχοῦσα τόπον ἡ γῆ, τάσσεται ἐν μοναῖς αἰτίαις ἑστὶ τοῖς ἄλλοις. Caeterum ἑστίαν ſ. *Veſtam* hic reſpondere *Penatibus*, *Laribusque* Romanorum hominum; οἴκους autem eadem ratione pro pluribus membris unius domus poni, ut *aedes* Romanis; vix opus eſt hic admoneri: ut nec illud, ſeparatis revera pluribus aediculis aedes honeſtiorum conſtitiſſe, qua de re, qui *Plinianas* villas, & aedificandi legem a Columella 1, 6. propoſitam attentius conſideraverit, vix eſt ut dubitet. Illud propius ad rem noſtram pertinet. Verti hunc locum ita, ut μέσην ἑστίαν referam ad διαμένους, ac legam οἴκων ἰδίων, quod unice verum puto. Sed ſi quis, ut adhuc edi-

Μὴ τοίνυν, ὦ Χαρίκλεις, ἀκολάστῳ βίου συμφορήσας ἑταιρικὰ διηγήματα, γυμνῷ τῷ λόγῳ τὸ σεμνότητος ἡμῶν καταπόμπευε, μηδὲ τὸ ἐράνιον ἔρωτα τῷ ἡπίῳ συναρίθμει· λογίζου δὲ οὐδὲ μὰ ἡλικίας τὰ τοιαῦτα μεταμανθάνων· ὅμως δ' ἔν γε λογίζου τοῦτο, ἐπειδήπερ ἐστὶ πρότερον, ὅτι διπλοῦς θεὸς ὁ ἔρως, οὐ κατὰ μίαν ὁδὸν φαντῶν, οὐδὲ ἐν πνεύματι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐρεθίζων. ἀλλ' ὁ μέν, ὡς ἂν οἶμαι, κομιδῇ ἡπίως φρονῶν, εὐθὺς αὐτοῦ τὸ ἀγάλλεσθαι ἡνιοχεῖν δυναμένου λογισμῷ, πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς ἀθροίζεται. μάλιστα δὲ αὐτῷ γυναικεῖοι πόθοι μέλουσιν· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος, ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων· ἕτερος δὲ ἔρως ἀγνὸς ἀγγίων πάντῃ χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι, καὶ πάντοθεν ἱεροπρεπὲς θέαμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν, ἥπια ταῖς ἑκάστου ἀρεταῖς ἐμπνέει, καὶ λαχόντες ἵλεω τοῦδε τοῦ δαίμονος, ἡδονὴν ἀρετῇ μεμιγμένην ἀσπαζόμεθα. διὰ τοῦτο καὶ ὄντως καὶ τὸ τραγικὸν πνεῦμα πνεῖ ὁ ἔρως· ἑνὸς δὲ ὀνόματος οὐκ ὅμοια τὰ πάθη κεκοινώνηκε· καὶ γὰρ αἰδὼς,

37. Noli igitur, Charicles, meretricii vitae libidinosae collatis narrationibus, nudo sermone pudori nostro & gravitati insultare, nec caelestem Amorem cum illo infante adnumerare: & cogita, sero tu quidem aetatis ista demum aliter discens, verum tamen cogita nunc certe, quando non prius, duplicem Deum esse Amorem, non eadem utrumque via venientem, nec spiritu eodem animos nostros incitantem. Sed alter, pueriliter omnino, ut arbitror, animatus, cujus nulla gubernare mentem prudentia possit, multus in imprudentium animis colligitur: maxime autem illi muliebria desideria cordi sunt. Hic est illius diem modo durantis contumeliae sodalis; indiscreto impetu agens in id quod appetitur. At alter Amor Ogygiorum patet temporum, honestum visu & sacrum undique spectaculum, sanarum promus affectionum, mite quiddam uniuscujusque mentibus inspirat. Hunc deum propitium nacti mixtam virtute voluptatem amplectimur. *Duplices* enim revera *spiritus* Amor *spirat*, ut est apud Tragicum, idemque nomen habent affectiones minime similes. Nam Pudor quo-

tum est, αἰῶν praeferat, ille etiam, ut adhuc factum video, interpretabitur, *medios privatae domus penates incolens*. Nempe τὰ ἴδια deinde *domum* significabunt, vel totum forte praedium, in cujus media parte domus exstructa sit. Notum est illud ex Euangelio ἵλαθι εἰς τὰ ἴδια κ. τ. λ. *J.M.G.*

84. Οὐδὲ μὰ ἡλικίας] Conf. *Cic.* Tusc. Disp. IV. c. 33. ibique *Davis.* quem adeundum Cl. *Hemsterh.* in marg. notaverat. *J.F.R.*

86. Διπλοῦς θεὸς] Conf. infra Δωμ. c. 13. *M.du S.*

2. Τραγικὸν] Unde habeat nescio, *M.du S.*

Ibid. Κατὰ τὸ τραγικὸν] Ex *Sophocl. Antig.* adscriptum in marg. *AlW.* quem evolvere typothetarum festinatio prohibet. *J.F.R.*

7. Αἰδὼς] *Hesiod.* Ἔργ. 317. vers. sequens autem ex eod. vers. 11. Ope textus Hesiodei & W. Codicis menda duo ex hisce verbis sustulimus, in δύω & ἐπαινήσεις, posterius enim recte in W. ἐ μὲν ἐδὲ, autem reliquimus, & ἐσὶν ἴσ, pro quibus apud *Hesiodum* οὐκ ἄρα μοῦνον ἦεν. *M.du S.*

8. Οὐ μὲν &c.] Hi ex *Hesiodo* versus,

Οὐ μὲν ἐδὲ ἰρίδων γέγον ἐσὶν ἴσ, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύο. τὴ μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,

Ἡ δ' ἐτέρωσε τετραμμένη. αἶψα δὲ μᾶλλον θυμὸν ἔχουσιν.

parum accurate scripti sunt. In primo ἐδ', non ἐδὲ legendum; in secundo vel ἐπαινήσεις, ut pleraque editiones Hesiodi; vel ἐπαινήσειε, quod ex duobus MSS. adfert, magisque probat in Lectionibus Hesiodeis Cl. *Graevius*, legendum. Sed & δύω, non δύο, vulgo in Hesiodo legitur. Utrumque probum. Versum quoque primum aliter concipit *Hesiodus*; apud quem in Ἔργοις vs. 11. legitur,

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἦεν ἐριδων γένος, &c.

J.F.

17. Τὸ μηδὲν ἄγαν] Sic supra fere c. 3. τὸ καλὸν ἀνθρώπων. *J.F.R.*

18. Ἵνα πᾶς μαίνωμαι] Jam vidit prior interpres, legendum ἵνα, de cujus vi in absurda consequentia indicanda omnia plena sunt. *J.M.G.*

19. Κατὰ τὸ σοφώτατον Εὐμηλίδην] Locus est Hippolyto 618. seq. ubi Jovem reprehendit, qui mulieres creaverit. Εἰ γὰρ, inquit, βρότειον ἔδει σπέρμα γένος, Οὐκ ἂν γυναικῶν χρῆν ἐσοικίζειν τόδε, Ἀλλ' ἀντιβάντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς Ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος, Πατέρων πρίασθαι σπέρμα, τῷ τιμήματος Τὴν ἀξίας

quoque utilitatis ſimul & noxae ambiguus Deus eſt, Pudor, inquam,

Et multum prodeſſe & laedere idoneus idem.

Nec contendendi genus unum eſt, ſed duo terras

Sollicitant, unum, qui novit, laudibus ornet;

Alteri ineſt labes: in partes pectora ſcindunt.

Neque igitur mirum eſt, ſi affectio communem virtuti appellationem forte accepit, ut amor vocaretur & voluptas libidinoſa, & ſapiens benevolentia.

38. Nuptias igitur, ait, nihili putas? & muliebre genus exulare e vita jubes? Deinde quomodo duremus homines? Optabile quidem erat, de Euripidis doctiſſimi viri ſententia, ut abſque congreſſu cum mulieribus, in templa & aedes ſacras venientes argento & auro liberos ſucceſſionis cauſſa emeremus. Neceſſitas enim grave cervicibus noſtris jugum imponens imperiis parere nos cogit. Quod igitur pulchrum eſt ratione eligamus, cedat autem neceſſitati utilitas. Liberorum tenus numerus ſunto mulieres. In reliquis vero,

ὠφελείας ἁμῦ καὶ βλάβης ἀμφίβολος θεὸς δείμαν·

Αἰδὼς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησιν.
Οὐ μὴν [a] οὐδ' ἐρίδων γένος ἐστὶν ἓν, ἀλλ' ὅτι γαῖαν
Εἰσὶ [b] δύω, τὴ μὲν κεν [c] ἐπαινήσειε νοήσας,
Ἡ δ' ὀπιπευτήρ. Ἀμφὶ δ' ἀνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

ὧδέν ἐν τῷ ξυνόδῳ, εἰ πάθῳ τῇ τὴν κοινὴν προσηγορίαν ἔχειν ἔτυχεν, ὥστε ἔρωτα καλεῖσθαι, καὶ τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν, καὶ τὴν σωφρονοῦσαν εὔνοιαν.

Γάμους οὖν, [d] φησι, τὸ μηδὲν οἴει; καὶ τὸ θῆλυ τοῦ βίου φυγαδεύεις, [e] ἵνα τοῦς μείνωμεν ἄνθρωποι; ζηλωτὸν μὲν ἦν κατὰ τὸν σοφώταλον Εὐριπίδην, εἰ δίχα τοῦ προς γυναῖκας συνόδου, φοιτῶντες ἐπὶ ἱερὰ, καὶ ναοὺς, ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ τέκνα [f] ὑπὲρ τῆς ἀφθονίας ἐωνούμεθα. ἀνάγκη [g] δ', βαρὺν κατ' [h] αὐχένα ζυγὸν [i] ἡμῖν ἐπιθεῖσα, τοῖς κεκλευσμένοις [k] πειθαρχεῖν βιάζεται. τὸ μὲν οὖν καλὸν αἱρώμεθα τοῖς λογισμοῖς, [l] εἰκέτω δὲ τῇ ἀνάγκῃ τὸ χρηώδες. ἄχρι τέκνων, γυναῖκες ἀριθμὸς [m] ἔστωσαν· [n] ἐν δὲ τοῖς ἄλ-

a Οὐδ'] Οὐδὲ Edd. priores. b Δύω] Reſtitut. ex *Heſiod.* Δύο Edd. Lucian. & M. c Ἐπαινήσειε] Ex eod. nam ἐπαινήσῃσι Edd. Lucieni priores. d Φησι] Deeſt hoc verb. in W. e Ἵνα μοῦς] Nihil mutant *F. Fl. Fr. P.* & M. f Ὑπὲρ] Ita dedi ex marg. *A1. F. V2.* & L. Παρὰ cett. & M. male. g Γὰρ] Sic M. & Edd. omnes praeter *F.* & *V2.* quae δὲ, cum marg. *A1.* h Αὐχένα] Αὐχένων L. i Ἡμῖν] Ἡ μὲν male *F.* & *V2.* k Πειθαρχεῖν] Πειθαρχεῖ W. l Εἰκέτω] Sic recte *Fl. B2. Fr. P. H. S.* Οἰκέτω male *F.* m Ἔστωσαν] Ἔστωσαν Veneta utraque. Ceterae ſpiritum tenuem ſervant. n Ἐν δὲ] Ἐκὶ δὲ *Fl.* ſola. Ἐν δὲ etiam P.

ἀδμὰς ἴσασιν κ. τ. λ. *F. M. G.*

20. Εὐριπίδην] Vid. Med. 573. Sed alium, eumque magis expreſſum locum reſpicit, qui mihi non ſuccurrit. Reperi tandem. Extat in Hippol. v. 619. & ſeqq. Sed poëtam ipſum adi. *M. de S.*

22. Ἐκεῖ] Sic L. & *Ven.* utraque. Reliquae τῶθε, & ipſe M. *M. de S.*

Τὸν Κροίσου .] Miratur *Marcilius* quos Lucianus ſit ſecutus auctores, cum ſcribit in dialogo pro imaginibus, Croeſi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum ſcribat *Herodotus*, illum fuiſſe mutum; non ſurdum. ſed ego miror *Marcilium* hic haerere. Quis ignorat mutos eſſe quoque ſurdos: imo ſurditatem eſſe cauſſam mutae linguae? Qui ſurdus natus eſt, loqui non poteſt. Unde enim ſonos vocum litterarumque percipiat? Fuerunt tamen noſtro ſeculo cum in Germania, tum in Anglia, qui ſurdos docuerunt motu oris litteras noſſe & pronunciare. de quo extat elegans diſſertatio *Georgi Morhofii*, viri eruditiſſimi, & noſtri ſtudioſiſſimi. Quin & ſurdi fuerunt his in terris, non nati, ſed morbo caſuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a ſe remotos, & muſſitantes intelligere, ac ſi articulatim ſingulas voces auribus percepiſſent. Hi videbant ſonum, non audiebant. *J. G. G.*

Ibid. Ὀξυηκ. εἶναι τοῦ Μελ.] De filio Croeſi vide *Herodotum*, & Noſtrum Ἁλιεῦσι c. 25. Aliquem nactus ſit neceſſe eſt, a quo abſque aurium ope, linguam & reliqua vocis organa movere edoctus fuerit, qualis potiſſimum noſtra aetate nobilis Medicus mutam puellam Harlemi loqui docuit, & ex oris motu ut loquentes intelligeret, fecit. Melampodis fabulam vide apud *Apollod.* I. p. 19. A. B. *M. du S.*

Ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Cui Dracones lambendis auribus avium etiam ſermonis intellectum dederint. Vid. *Plin.* 10, 49. ſ. 70. & quos ibi citat *Harduin. Bochartus* praeſertim Hieroz. I, 3. p. 21, 69. a quo ſua habet *Harduinus* omnia. Add. *Spanh.* diſſ. 4. p. 215. *J. M. G.*

89. Τὸν Ἰφινέα ὀξύτερον διόψεσθαι τοῦ Λυγκέως] Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus neſcio quem *Iphinea*. Et cui iſte talis auditus? manifeſte apparet tranſpoſitas literas pro Φινέα, ut optime adſcripſit pater. Is notiſſimus in fabulari hiſtoria, & quidem propter oculos, qui fuerunt excoecati. *J. G.*

Καὶ τὸν Ἰφινέα ὀξύτερον διόψεσθαι τοῦ Λυγκέως] Optime & ipſo quoque hoc Lynceo ὀξύτερον viderunt Viri Cl. *Menagius* & *Gronovius*, hic in notis pag. 902. ille in Addendis, legendum eſſe Φινέα; nec enim aliter legitur in editione Florentina. *J. J.*

Τὸν Ἰφινέα] Φινέα omnino legendum videtur. *F. G.*

Mo-

Talis nimirum Jovis intus Olympii aula est.

Ζηνός τοι τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

At adulator hunc versum etiam de subulci tugurio dicat, si modo accipere aliquid a subulco speret: cum Cynaethus Poliorcetae Demetrii adulator, omnibus adulandi rationibus consumtis, laudaverit vexatum a tussi Demetrium, quod modulate screaret.

ὁ δὲ κόλαξ τοῦτο τὸ ἔπος, κἂν περὶ τοῦ συβώτου καλύβης εἴποι, εἰ μόνον τι παρὰ τοῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν· ὅπου Κύναιθος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ κόλαξ, ἅπαντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν καλῶν ἀναλωμένων, ἐπήνει τὸν βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐκρέμπεται.

21. Non solum autem hic utriusque generis character est, quod adulatores non dubitant mentiri etiam in gratiam eorum, quos laudant; laudatores autem extollere student, quae adsunt: verum etiam illa re non parva distant, quod adulatores quantum possunt utuntur hyperbolis, laudatores autem in his ipsis quoque sobrii sunt, & intra terminos se continent.

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτοῖν γνώρισμά ἐστι; τὸ τοὺς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ σμικρῷ διαλλάττουσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, οἱ ἐπαινοῦντες δὲ, καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. ταῦ-

---

e Ὅπου] Nil mut. Edd. nec M. f ψεύσασθαι] ψεύδεσθαι W.

Monuit idem Cl. *La Croze*. Monuit *Menag.* in addend. Edit. *Graev.* Et nos correximus dudum. *J.F.R.*

Ibid. Φοίνικα] W. *Fl.* & *V2.* Reliquae Edd. prave Ἰφοίνικα. Vide *Apollod.* I. p. 23. C. *M.du S.*

91. Ὁ δέ γε [αὐτὰ τοῦτο] ἑκατὸν ὧν [ὅπως εἰδῇ] ἄν] Sic lege fortasse. ὁ δὲ γε ἑκατὸν εἰπὼν ἂν ψεύσαιτό τι &c. Cetera glossa videntur. *F.G.*

93. Προσέτων] Conf. supra hoc *Dial.* c. 6. & *Συγκρ.* c. 35. *M.du S.*

97. Ὡς ἵππων ζώων] Ὡς ἵππων ζῶον. *F.G.*

Ὡς ἵππων] Ἵππον ἑκατόναι θέλων, φύσει κοῦφον ὄν ἵππων ζώων, &c. Interpres, *laudando equum, natura levem, ut ea scimus esse animantia.* Haec sunt versionum monstra. Redde, *Equum laudare volens, natura levem ex iis, quae novimus, animalibus*, &c. De hoc Hellenismo vide supra ad T. I. *J.J.*

Ὡς ἵππων ζώων] Bis ὡς pro ὧν scriptum erat in nota *Gujeri*; dubito num describentis vitio. Sed in vulgata nihil video quod emendationem postulet, quamquam ζῶον non improbaverim, si quis Codex haberet. Interim satis usitata & haec est genitivi cum relativo convenientis constructio, ut bene jam monuit ac vertit Cl. *Jensius.* *J.F.R.*

99. Ἄχρον &c.] *Homer.* Il. Υ. 227. *M.du S.*

Ἄχρον ἐπ' ἀκροτάτην.] Fons *Homer.* Il. Υ, 227. Rivos plena manu indicavit la Cerda ad Aen. 7, 808. *Illa vel intacta* &c. *J.M.G.*

2. Ἀλλοπρόσων] Frustra apud Homerum quaesivi. *M.du S.*

Ἀλλοπρόσων] Usitatius quidem *Homero* ἀμφίπρωρος. Verum nec alterum est improbum. Legitur enim in Hymno in Vener. qui eidem vulgo tribuitur, v. 218. — ἵππουν ἀλλοπρόσαντα ἐχεῖτο. *J.F.R.*

5. Ζηνός τοι] *Homer.* Odyss. Δ. 74. *M.du S.*

9. Ὅπου Κύναιθος] Lege ὅς που. *F.G.*

Ὅπου Κυν.] Mallem ὁ γοῦν K. Sed in impressis & M. ipso, uti edidimus, scribitur. Accedit ad hunc usum hujus particulae locus *Jambl.* No. 60. A. Vid. *Tim.* §. 2. *Deor. Dial.* XVIII. 1. f. Ibid. XXIII. 1. med. *pro Lapsi.* §. 2. Ibid. §. 6. *Hermot.* c. 39. *Herodot.* §. 4. *Abdic.* c. 23. f. Infra *Icarom.* c. 23. f. Et *adv. Indoct.* c. 21. pr. *M.du S.*

Ὅπου Κυν.] Decem illa Luciani testimonia ab *Solano* commonstratis tantum Ed. *Junt.* paginis indicata, quaesivi, capitumque sive paragraphorum numerum, ut semper, ad nostram editionem adcommodavi, cognovique in illis omnibus ὅπου vel ὅπου γε occurrere, pro *quum*; *quandoquidem* positum, veluti Latinis quoque non infrequens *ubi* pro *quandoquidem*, *siquidem*, usurpare, ut Horat. 2. Od. 13. 33. *Quid mirum? UBI illis carminibus stupens demittit atras bellua centiceps aures.* Verum ex his omnibus non consequitur ὁ γοῦν hic legendum, quum Cynaethus non ante nominatus sit. Quare mallem ὅπου ὁ Κυν. legere, aut *Gujeto* adsentiri ὡς που legenti. Ceterum de nomine hujus parasiti vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 43. pr. ἐγὼ ὁ Στρεβλὸν ὁ Κύναιθος οἱ ὠδηγηκότες, ad quae ille: fuit assentator hoc nomine Demetrii Poliorcetae. de quo Lucianus in *Imag.* p. 39. (Ed. *Bened.*) i. e. h. l. *J.F.R.*

ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάντας [a] ὑποπτεύῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διαχρίνῃς, καὶ προσμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον.

Haec tibi pauca de multis *sunto* adulationis ac verae laudis specimina, ne omnes omnino laudantes suspectos habeas, sed discernas, & sua utrumque mensura metiaris.

Φέρ' οὖν, εἰ δοκεῖ, πρόσαγε τοῖς [b] ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις τοὺς κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς [c] μάθοις εἴτε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ ἐοικασιν. ἐγὼ γὰρ εἴ μού τινα ἄμορφον εἶναι ἔφην τῷ ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, γόης ἂν, καὶ τῆς Κυναίθης κολακικώτερος ἅπασι νομιζοίμην. εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχουσαν, οἵαν πάντες ἴσασιν, ἀπὸ πάνυ ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἦν τὸ τόλμημα.

22. Age igitur, si videtur, admove his, quae dicta a me sunt, regulam utramque, ut videas, huic ne an illi conveniant. Etenim si deformem quandam statuae Cnidiae similem dicam, impostor sane, & Cynaetho ipso magis adulator vere habear: si vero talem, qualem omnes norunt; non sane magni ille ausus intervalli fuerit.

Τάχα [d] οὖν φήσεις, μᾶλλον δὲ ἤδη εἴρηκας, ἐπαινεῖν μού σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείσθω· ἀνεπίφθονον μέντοι ποιήσασθαι τὸν ἔπαινον ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ θεοῖς ἀπεικάζειν ἄνθρωπον ὄντα. ἐγὼ δὲ, ἤδη γάρ με προάξεσθαι τἀληθὲς εἰπεῖν, ὦ θεοῖς γε, ὦ βελτίστη, εἰκάσα, τεχνίτης δ' ἀγαθῶν δημιουργήμασι, λίθῳ, ἢ χαλκῷ, ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις. τὰ δὲ ὑπ' ἀνθρώπων γεγενημένα, οὐκ ἀσεβὲς, οἶμαι, ἀνθρώποις εἰκάζειν· ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι νομίζεις τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας, τὸ ὑπὸ Φειδίου πεπλασ-

23. At forte jam dixeris, quin jam dixisti, laudare quidem pulchritudinis nomine tibi permissum esto. Verum invidiae non obnoxiam oportebat laudationem facere, nec similem Deabus dicere hominem. Verum ego, jam enim *ipsum* me verum ad se dicendum invitabit, non profecto Deabus, o praestantissima, similem dixi *hominem*, sed bonorum artificum operibus, e lapide, & aere, vel ebore perfectis. Quae autem facta sunt ab hominibus, ea similia hominibus dicere, non puto impium: nisi forte hoc tu Minervam existimas, quod est effictum a Phidia, aut

a Ὑποπτεύῃς] Ὑποπτεύσῃς W. b Ὑπ'] Ἀπ' marg. *Ald.* & Ex. *Fl.* Sed vulgatam tuetur P. eaque melior. c Μάθοις] Μάθῃς W. d Οὖν] Ex L. restitut. ὃ νῦν Edd. priores.

26. Προσμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ] Non ab re fuerit addere nonnihil ex Obsery. Cl. *L. Bos* (quem consulendum Cl. *Hemsterh.* in marg. Luciani monuerat) ad 2. Ep. ad *Corinth.* XII. 12. ubi rejecta vulgata versione ac *Grotii* expositione, Apostoli verba, quae erant: αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, sic exponit: „ *intra* „ *suam conditionem & fortunam se continere, se ex suis* „ *facultatibus & dotibus aestimare, non plus sibi arro-* „ *gare quam fas est, nec se dilatare ultra conditionem* „ *suam.* Secundum Lucianum diceres: ὡς προσμετρεῖν „ ἑαυτὸν οἰκείῳ μέτρῳ (*pro Imag.* h. l.) Ἀναμετρεῖν ἑαυ- „ τὸν secundum *Aristoph.* Sic ille in *Avib.* p. 590. „ Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἄλλαχῆ; *Non ipse te* „ *remetieris hinc abiens alio?* Μετρεῖν τὸν ἑαυτοῦ σκέλεα „ dixit *Plutarch.* in Apophtegm. Lacon. . . . *Horat.* „ *Metiri se suo modulo ac pede* Lib. I. Epist. 7. — Hinc „ proverbium apud Latinos: *Tuo te pede metire.* Metaphora harum locutionum desumta est ab iis, *qui* „ *corporis sui staturam numero pedum metiuntur.* Qui „ itaque non longiorem se facit, quam revera est — „ ille proprie dicitur μετρεῖν ἑαυτὸν εἰς αὐτόν. i. e. κατὰ „ τὸ μέτρον τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας. Qui vero ridicule intenditur corporis sui modum, ut major quam sit, videatur: qui cum sit βραχύτης, ὑπερμετρεῖται, „ ἀκροποδιεῖ ἐπαγόμενος ἑαυτόν. i.e. *brevioris staturae sit,* „ *extendit se in summos pedes*, ut Lucian. *in Imag.* loquitur, is non potest dici μετρεῖν ἑαυτὸν εἰς ἑαυτόν. „ &c. *J. F. R.*

37. Τάχα ὃ νῦν φήσεις] Exigua mutatione legendum τάχα δή, & sic jam dederunt interpretes. *J. M. G.* Verum quum οὖν jam sit inventum, id facile admittet, spero, etsi in versione nihil mutaverim, quae vel sic tamen sensui Luciani satis respondet. *J. F. R.*

Ibid. Οὖν] Hoc pro vulgato ὃ νῦν, auctore L. Codice reposuimus. *M. du S.*

38. Εἰς τὸ κάλλος] Ἐπαινῶ εἰς τὸ κάλλος est *Laude-*

re

aut illud Caeleſtem Venerem, quod in Cnido fecit Praxiteles ante annos non ita multos. Sed vide ne parum deceat, talia de Diis ſentire, quorum veras imagines ſupra humanam imitationem eſſe poſitas, equidem arbitror.

μῶν· ἢ τοῦτο † Οὐρανίαν Ἀφροδίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ἐν Κνίδῳ, οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν. ἀλλ' ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ, τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δοξάζειν, ὧν τάς τε ἀληθεῖς [e] εἰκόνας ἀνεφίκτους εἶναι ἀνθρωπίνῃ μιμήσει ἔγωγε ὑπολαμβάνω.

24. Si vero vel maxime illis ipſis *Deabus* ſimilem te dixiſſem, non meum iſtuc fuerit, neque primus ego iſtam viam ſecuerim; ſed multi ac boni poëtae, & maxime civis ille tuus Homerus, quem nunc etiam advocatum mihi excitabo, aut fieri non poteſt, quin ipſe mecum damnetur. Interrogabo igitur illum, potius vero te pro illo (meminiſti enim, in quo bene facis, venuſtiſſima quaevis illius carminum) quid de illo tibi videtur, cum de captiva dicit Briſeide, illam aureae Veneri ſimilem luxiſſe mortem Patrocli: tum paullo poſt, quaſi non ſatis foret, ſi ſoli ſimilis Veneri ſit,

Εἰ δὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά [f] σε αὐταῖς ἐκείναις εἰκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην † ὁδόν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταί· καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαι [g] συναγορεύσοντά μοι ἢ ὑδεμία μηχανή, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἀλῶναι· ἐρήσομαι τοίνυν αὐτόν, μᾶλλον δὲ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ (καὶ γὰρ ἀπομνημονεύεις, εὖ ποιῶσα, τὰ χαριέστατα † ἐρραψῳδημένων αὐτῷ) Τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ, ὁπότε περὶ † αἰχμαλώτου λέγῃ τις Βρισηίδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέλη, ἐπένθει † Πάτροκλον; εἶτα μετ' μικρὸν, ὡς οὐκ ἰκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔῃ.

Sic fatur, inquit, *lacrumans par ſanctis femina divis.*

Cum igitur dicit talia, odiſtine ipſum quoque, & abjicis librum, an das illi, ut libertate in laudando utatur? Verum etſi tu

Εἶπε δ' ἄρα (φησὶ) κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

ὁπόταν οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀποῤῥίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ καὶ σὺ μὴ

[e] Εἰκόνας] Ἐικόνας male *F.* Recte cett. & M. media brevi. [f] Σε] Reſtitut. ex W. Γ's Edd. priores. [g] Συναγορεύσοντα] Συναγορεύσαντα *Fl.* male. Vulgatum tenent cett. & M.

re *propter pulchritudinem*, vel *pulchritudinis nomine*. Confer quae ſupra noto ad T. I. p. 580. ſ. *Piſcat.* c. 12. No. 22. ubi ἐκπεπληγμένος τὸ κάλλος, ἔχαιρε, recte in textu, comma vero male omiſſum in nota. Adde *L. Bos* Obſ. Crit. p. 50. ibi quoque laudatum. *F. F. R.*

42. Οὐ θεᾶς γε, ὦ βέλτιστε, εἰκασα] Mendoſe. Scribe vel σε pro γε, vel εἰκασά σε. Voculam σὲ hic requiri, vix monitore eget; jamque de ſuo id ſupplevit Interpres. Eadem hac pag. idem commiſſum. Εἰ δὲ ὅτι (male quoque, ſaltem contra conſuetudinem, vulgo legitur ὅ, τι) μάλιστά γε αὐταῖς ἐκείναις εἰκασα. Et hic σὲ requiritur, ſive εἰκασά σε, ſive γε in σε mutatum malis. *F. F.*

Ibid. Γ] Recte puto Cl. *Jenſ.* conjeciſſe σὲ legendum. Etſi enim eo ſenſu tolerabilis eſt vulgata, quem Cl. *Geſn.* ei tribuit; tamen cum ſcribae in eadem particula γε, pro σε ſcribenda peccarint, ubi ad eadem verba reſpicitur, quid mirum, ſi & hic ſimiliter aberrarint? *F. F. R.*

44. Λίθε ἢ χαλκοῦ &c.] Conf. ſupra *de Imag.* c. 23. ceteraque Luciani loca ibi commonſtrata, ſi eſt operae. *F. F. R.*

49. Οὐρανίαν Ἀφροδίτην] De Venere Cnidia intelligo, de qua ſupra Ἐρωτ. c. 11. & Εἰκ. c. 4. non de marmorea, quae Athenis erat, Uraniae dicta ſtatua. *M. du S.*

50. Οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν] Πρὸ intelligitur. *F. G.*

Οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν] Pompeji enim & Caeſaris aetate vixit Praxiteles. Sic autem in omnibus ſcriptum eſt. Ego vero ὑ π. πρὸ π. ε. verum eſſe credo. *M. du S.*

55. Σε] W. In impreſſis omnibus prave legebatur γε ante αὐταῖς. *M. du S.*

66. Χρυσῇ Ἀφροδίτῃ] *Homer.* Il. T. 282. *M. du S.*

70. Εἶπε δ' ἄρα] *Homer.* l. c. 286. *M. du S.*

75. Οὐδ'

μὴ δῶς, ὅγε τοσοῦτον αἰῶνα δέδωκεν, οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ αἰτιάσαιτο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐδὲ ὁ τὰ νόθα ὑποσημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσεται, βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν, τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσαι· ἐγὼ δ', ἵνα μὴ τὸ κάλλος εἴπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν ὡσαύτως ἀγάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυναῖκα φαιδρὰν, καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλά, ὅπερ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωποι ἔχουσιν.

Ἐπὶ μοιχῷ [a] τοι τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν, καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὅμματα μοιχοῦ, φησὶ, καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διΐ, τῷ Ἄρεϊ δὲ τὴν ζώνην, στέρνον δὲ τῷ Ποσειδῶνι, ἀμείρων τὴν ἀνθρωπου μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας. καὶ αὖ πάλιν, βρόλοιγῷ [b] Ἄρεϊ, φησὶν, ὅμοιον εἶναι, καὶ ἄλλον [c] ἄλλῳ, θεοειδῆ τὸν Φρύγα τοῦ Πριάμου, [d] θεοείκελον παλαιὸν Πηλέως. ἀλλὰ ἐπάνειμι αὖθις ὅπου τὰ γυναικεῖα τῶν παραδειγμάτων· ἀκούεις γοῦν δήπου αὐτοῦ λέγοντος·

non dederis, tantum certe aevum illi dedit, nec est qui hoc illum nomine accusaverit, neque iste, qui flagellis caedere statuam ipsius ausus est, neque qui obelis adscribendis supposititios illius versus notavit. Deinde huic licebit, barbaram mulierem, eamque plorantem aureae Veneri dicere similem: ego vero, ne de pulchritudine dicam, quod audire non sustines, non comparem statuis Dearum mulierem laeti vultus & frequenter subridentem, quod Deorum simile habent homines.

25. Verum in Agamemnone vide, quam Diis ipse pepercerit, & quam illorum imagines proportione quadam dispensarit, *qui oculis quidem & capite similem eum dicat Jovi, quod ad balteum autem Marti, ac pectus Neptuno*, in sua hominem membra dividens pro totidem Deorum imaginibus. Ac rursus *homicidae Marti similem* ait esse, & alium alii: *Dei specie* Phrygem Priami, *Dei similem* saepe *natum* Pelei. Sed redeo rursus ad exemplum muliebria. Audis enim sane illum dicentem:

Dia-

a Τοι] Γε W. b Ἄρεϊ] Ἄρῃ *Hom.* At prius Edd. Luciani, & M. c Ἄλλῳ] Ἄλλως W. d Θεοείκελον] Καὶ θεοείκελον W.

76. Οὐδὲ ὁ μαστίξαι] Ὁμηρομάστιξ ὁ * Ζωΐλος ἐπικληθείς, ὀβελίσας ἐ ἀθετήσας πολλὰ † τῶν Ὁμήρου ἐπῶν. *V.*

* Ζωΐλος] Restitutum ex C. Ζωΐλος enim Edit. *Cler.* † Τῶν] Τοῦ legebatur in editis. Mutavit *Salm.* cui obsecundavi, etsi non addidit unde habeat, quia res est parvi. *J. F. R.*

75. Οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν — αἰτιάσαιτο] Zoilus Aristarchus. Quique notas spurias versibus addiderat. Vide *Olearium* hunc locum inepte interpretantem Ed. novae *Philostrati* p. 649. *M. V. la Croze.*

76. Ὁ μαστίξαι] *Zoilus* hoc, non *Zenodotus*, designavit, quamquam Scholiastes hoc aliter tradit. Vid. *Galen.* Therap. I. c. 3. ubi idem de Zoilo narratur (p. m. 37.) Neque Cl. *Olearius* credas alium sensum comminiscenti; qui a vero nimium quantum recedit praef. ad *Philostr.* Heroica p. 648. Versus spurios obelis etiam notarant Zenodotus & Aristarchus, ipso nostro monente Ις. β. c. 20. *M. du S.*

85. Ὅτῳ θεοῖς] Φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. *F. G.*

86. Ἀγαμέμνονος] Conf. supra Σύγχρ. c. 8. *M. du S.*

89. Ὁμοῖα &c.] *Homer.* Il. B. 478. *M. du S.*

93. Καὶ αὖ πάλιν &c.] Ego nomen Hectoris, aut alius cujusvis, excidisse hic puto. Vide *Homer.* Il. N. 802. M. 130. A. 295. Γ. 16. Λ. 131. *Odyss.* P. 37. T. 54. Z. 102. P. 51. *M. du S.*

8. Ἐξαλαλίφθω] Vulgatam bene se habere vid. ap. Grammaticos; nam ἀλάλιμμαι, ἀλάλιται sit praet. pass. ab ἀλείφω, & ἀπάλιπται ab ἀπαλείφω, ne confundatur cum ἀπολείπω, ab quo ἀπαλίφθη formatum legas aoristum *Navig.* c. 4. & sexcenties alibi. Ignoscat Lector puerilia haec proferenti, ad quae adigimur variante scriptura. *J. F. R.*

13. Τῶν βοῶν] Alludit ad frequentissimum Epithetum Junonis, βοῶπις. *M. du S.*

14. Ἔτῳ] *Pindarus* haud dubie, quem supra Poëtam Thebanum vocavit Εἰκ. c. 8. ubi vide not. *M. du S.*

15. Ῥοδοδάκτυλον] *Hom.* Il. A. 477. &c. *M. du S.*

19. Τοῦ

Dianae similis, vel quae Venus aurea fertur, &
Qualis Diana in montibus errat.

26. Non solum autem ipsos homines Diis facit similes, sed Euphorbi etiam comam *Gratiis similem* dixit, eamque infectam sanguine. Atque in universum tot sunt in hoc genere, ut nulla poëseos pars sit, quin divinis imaginibus exornetur. Itaque aut illa etiam deleantur, aut nobis quoque audere similia concessum esto. Adeo autem illa imaginum & similitudinum ratio a censura libera est, ut Homerus Deas ipsas non dubitaverit laudare a deterioribus. Junonis enim *oculos* comparavit *bubulis*: alius autem aliquis *superciliis violaceis* Venerem dixit: *roseis* enim *digitis insignem* quis eorum ignorat, qui vel pauxillum in Homeri poëmatibus versati sunt?

27. Quamquam, quae ad formam pertinent, adhuc moderatiora sunt iis, si quis Deo similis esse dicatur: verum ipsas appellationes Deorum quot *jam* imitati sunt, Dionysii, & Hephaestiones, & Zenones, & Posidonii & Hermaei cognominati? Latona autem mulier quaedam fuit Evagorae

Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, ἠ̈ Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ὄρεα.

Οὐ μόνον δὲ τὺς ἀνθρώπυς αὐτὺς θεοῖς ἀπεικάζει, ἀλλὰ ἡ τ Εὐφόρβυ κόμην ταῖς Χάρισιν ἀπείκασε, ἡ ταῦτα, αἱμαλι δεδευμμένην. ἡ ὅλως, τοσαῦτά ἐϛι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τ ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηϛαι, ὥϛε ἢ καὶ κεῖνα [e] ἐξαλειφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφείσθω. ἔτω δὲ τὸ κτὶ τὰς εἰκόνας καὶ τὰς ὁμοιώσεις ἀνεύθυνόν ἐϛιν, ὥϛε Ὅμηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς οὐκ ὤκνησεν ἀπὸ τ ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τὺς γῦν τ Ἥρας ὀφθαλμὺς, τοῖς τ βοῶν εἴκασεν. ἕτερος δέ τις ἰοβλέφαρον τ Ἀφροδίτην ἔφη, τ μ γ ῥοδοδάκτυλόν τις ἀγνοεῖ, τ καὶν ἐπ' ἐλάχιϛον τῇ Ὁμήρυ ποιήσῃ ὁμιληκότων;

Καίτοι τὰ μ τ μορφῆς ἔτι μᾶλλον ἀρχαιότερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγηϛ· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ὅσοι ἐμιμήσαντο τὰς τ θεῶν, Διονύσιοι, ἡ Ἡφαιϛίωνες, ἡ Ζήνωνες, ἡ Ποσειδώνιοι, ἡ [f] Ἑρμαῖοι προσαγορευόμενοι; Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρυ

[e] Ἐξαλειφθω] Sic *J. Fl. H. P.* &c. Ἐξαλειλείφθω W. [f] Ἑρμαῖοι] Sic Edd. omnes. Ἑρμαῖ W

19. Τὰς προσηγορίας] Insignis ea de re *Clementis Alex.* locus est p. 22. A. Οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ καταφρονοῦντες τ μύθων τούτων, ἀνέδην ἀφ' τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον, ταύτῃ κακεῖνος διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατῆϛαι διδάσκουϛες. Κηῦξ μ Αἰόλα ΖΕΥΣ ὑπὸ τ Ἀλκυόνης τ γυναικὸς. Ἀλκυόνη δ' αὖθις ὑπὸ τῆς ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορεύομένη. Πτολεμαῖος δ' ὁ τέταρτος ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἐκαλεῖτο. ἡ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἡ αὐτὸς. ἐβούλετο δὲ [c] Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν, ἡ κερασφόρος ἀναπλάττεϛαι πρὸς τ ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνδρὸς ὑφῆσαι σκιόδων κέρασι. ἡ ὅτι γε βασιλεῖς μόνον, ἀλλὰ [c] ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις σφᾶς αὐτοὺς ἐτίμησαν. Deinde recenset Menecratem *Jovis*, Alexarchum *Solis*, Nicagoram *Mercurii*, nomina & partes assumentes, & quos gentes ut Deos coluerunt vivos, Philippum Macedona, Demetrium *Deum*. Menander de Rege εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐϛιν ἔμψυχος θεοῦ. *M. du S.*

21. Διονύσιοι [c] Ἡφαιϛίωνες] Pendebam animi aliquando, essent ne haec nomina Latine convertenda ipsa quoque, ut eorum vim scilicet lector Graecorum rudis assequatur. Sed cum id genus lectoribus pereat eadem historia nominum, ut *Bachium* non cogitent tyrannum utrumque Syracusanum, *Vulcanium* non amicum Alexandri, *Jovianos* non Eleatem illum, & alterum Stoicae sectae principem, &c. sed quosvis alios: melius videtur relinquere Graeca suspicioni & inquisitioni eorum, qui primo conspectu eorum possent origines ignorare. *J. M. G.*

22. Ἑρμαῖοι] Reliqua nomina satis nota: hoc an reperiatur, nescio. *Hermeas* quidem multos, Hermaeum nullum legere me memini. In W. Ἑρμαῖ, quod minime probo, quia nondum eos recenset, qui ipsa Deorum nomina, sed eos tantum, qui paululum mutata assumsissent. Ego itaque Ἑρμείαι legendum censeo. *M. du S.*

23. Εὐαγόρυ] Vide an apud *Diodorum Siculum*, qui multa de hoc Rege narrat, de uxore aliquid etiam reperiatur? *M. du S.*

γόρᾳ τῆ [a] Κυπρίων βασιλέως, ἢ ὅμως οὐκ ἠγανάκλησεν ἡ Θεὸς, δυναμένη λίθον αὐτὸν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν εἰς κόρον ἐπιχρωμένους. ἀχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν.

Ὥστε οὐ προσῆκε σοὶ τὸ τοιοῦτον, φοβοδεῶς λίαν ἀκριβῶς πρὸς τὸ ἔπαινον. εἰ γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι πεπλημμέλημαι εἰς τὸ θεῖον, σὺ μὲν ἀνεύθυνος αὐτοῦ, ἐκτὸς εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι, ἐμὲ δὲ ἀμυνοῦσιν οἱ θεοὶ, ἐπειδὰν πρὸ ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἀμύνωσιν. ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριστον [b] τῶν φιλοσόφων ἠμύναντο, εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι. Πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεῦσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα.

ΠΟΛ. Οὐκ οἶδα, εἰ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι, ὦ Λυκῖνε· μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα καὶ ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ [c] ἐγχυνόμενον· πειράσομαι δ' ὅμως ἐπιμνησθῆναι αὐτῶν. καὶ

Cypriorum regis: & tamen non indignata eſt Dea, cum poſſet illam, Niobes inſtar, lapidem facere. Omitto enim Aegyptios, qui quidem omnium ſunt ſuperſtitioſiſſimi, tamen divinis nominibus ad ſatietatem abutentes. Fere enim pleraque apud illos de caelo ſunt.

28. Itaque tuum non eſt, meticuloſe adeo affectam eſſe ad laudes. Si quid enim in ſcripto adverſus numen peccatum ſit, tu quidem rea minime illius es: niſi quam putas etiam auditionis poenam eſſe. Me vero tum Dii punient, cum ante me Homerum & alios poëtas ulti fuerint. At illi nondum nec optimum philoſophorum ulti ſunt, qui Dei imaginem eſſe dixit hominem. Multa adhuc ad te dicenda cum habeam, Polyſtrati hujus cauſſa deſinam, ut meminiſſe poſſit dictorum.

29. POL. Neſcio ſi adhuc poſſim hoc, Lycine, Longa enim a te habita eſt oratio, idque ultra infuſam tibi aquam. Studebo tamen illorum meminiſſe, & ut vides jam ad

a Κυπρίων] Κυπρίᾳ P. ſola. Et mox αὐτῷ pro αὐτοῦ. & M. b Τῶν] Deerat artic. in Edd. additus nunc ex *Coll.* c Ἐγχυνόμενον] Reſtitutum ab *Solano.* Ἐγχυν. Edd. priores. Ἐγχυόμενον *V*2.

38. Ἄριστον τῶν φιλοσ.] Τὸν Πλάτωνα δηλονότι. *G.*

27. Αἰγυπτίους] Vide *Spanh.* 431. 434. *M. du S.*

38. Ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Vide *Platonem* Alcib. II. p. 46. E. quamquam ibi quidem non diſerte dicitur *Imago*; & de Rep. VI. p. m. 431. B. Adde *Lactant.* II. 10. (mihi II. p. 150.) Τῶν autem inſerui, quod habent Coll. & M. *Sanctum* eſſe in *Minoë* Ed. *Baſ.* p. 509. B. C. Tribuitur tamen hoc Diogeni apud *Diog. Laërt.* 150. A. *M. du S.*

Τὸν ἄριστον φιλοσόφων] Platonem ita ſignari, vix eſt dubium. Atque apud illum eſſe, quae huc referri poſſunt, conſtat V. G. de rep. 6. p. 476. A. ubi probat illud Homericum θεοειδής τε θεοείκελον κ. τ. λ. Sed ipſa tamen haec verba nondum invenire potui, nec apud ipſum, nec apud quemquam, qui concordiam rationis & fidei teſtimoniis philoſophorum demonſtrarunt, *Auguſtinum Steuchum* dico, *Voſſium*, *Huetium*, *Pfannerum*. *J. M. G.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων — εἰκόνα τὸν ἄνθρ.] *Diog. Laërt.* §. 32. *Grotius* in Geneſ. c. 1. *M. V. la Croze.*

Τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων] Non ſic invenies locum *Diog. Laërt.* ab Cl. *La Croze* indicatum. Quare adi illius L. VI. Segm. 51. p. 340. T. I. Edit. *Amſt.* ubi de Diogene Cynico ait: Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν εἶναι εἰκόνας ἔφασκε τὸν ἴρωτα, σχολάζοντα ἀσχολίας. *J. F. R.*

45. Ἐγχυόμενον] Vide not. ad c. 15. Prave hic etiam legebatur ἐγχ. *M. du S.*

47. Ἀποσοβῶ παρ' αὐτὸν] *Th. Magiſt.* h. v. haec Luciani profert, ut hic leguntur, item alia quibus demonſtret ἀποσοβῶ non ſolum eſſe ἀποδιώκω, verum & σισοβῶμαι ἐκ θαλάμου ἀπέρχομαι. Adde Noſtrum infra *Navig.* c. 4. ἀποσοβοῦντα εἰς τὸ ὕδωρ. De σεσοβῆσθαι autem de quo *Thom.* ibid. agit, videbimus in *Lapith.* Hoc loco ἀποσοβῶ παρ' αὐτὸν, *deferam ad illam*, verterat *Obſop. Deferre propero Benedict.* male uterque. Eſt enim *abibo*, vel *abeo*, *propero ad illam*, *Alciphr.* I. ep. 34. p. 142. Εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβῶ, ubi *Bergl.* „ σοβῶ de inſolenti, faſtuoſo & concitatiore inceſſu, „ cum jactatione quadam corporis. Exempla anno-

„ ta-

ed illam abire festino, obturatis auribus, ut ne quid incidens aliud ordinem illorum confundat, ac deinde accidat mihi, ut exsibiler a spectatoribus. LYC. Ipsi tibi curae erit, Polystrate, ut optime agas. Ego vero quandoquidem semel personam tibi tradidi, nunc statim discedam. Cum vero sententias renuntiabunt judicum, tum jam ipse quoque adero, visurus quis certaminis exitus futurus sit.

ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποστρέφω πρὸς αὐτόν, ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγχέῃ τὴν τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συρίττεσθε συμβῇ πρὸς τῶν θεατῶν. ΛΥΚ. Αὐτῷ σοὶ μελήσει, ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἄριστα ὑποκρινῇ· ἐγὼ δὲ, ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα παρεδέδωκα, νῦν μὲν ἐκ ποδῶν ἀποστήσομαι· ὁπόταν δὲ τὰς ψήφους ἀνακηρύττωσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη κἀγὼ αὐτὸς παρέσομαι, ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος ἔσται.

TOXARIS SEU AMICITIA.

MNESIPPUS ET TOXARIS.

M N E S I P.

AIn' tu, Toxari, sacra facitis Oresti ac Pyladi vos Scythae, & Deos esse illos, creditis? TOX. Sacra facimus,

ΤΟΞΑΡΙΣ, Η ΦΙΛΙΑ.

ΜΝΗΣΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΤΟΞΑΡΙΣ.

Μ Ν Η Σ Ι Π.

ΤΙ φῂς, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς; ΤΟΞ. Θύομεν,

ὦ

„ tavit *H. Steph.* in Thes. interdum simpliciter *propero*. Lucian. *pro Imag.* fin. &c.". (non *in Imag.* ut ibi editum.) Addo eumd. *Alciphr.* III. 51. p. 392. Ἀλλ' ἕτοιμος ἐνθένδε ἀπιέναι, καὶ σπεύδων ὡς ὑμᾶς. *J. F. R.*

94. Ἐκ ποδῶν] Lege ἐκποδών. F.G. Et sic *Stephanus* in Thes. scribi jubet, quando *è vestigio*, *statim*, significat. Sed in *Suid.* Ed. *Hagen.* Lit. E. Ἐκ ποδῶν quoque scribitur, & ἐκποδών uno verbo (prius autem ibi errorem tantum typograph. esse, ex sequentibus adparet) ait autem. Ἐκ ποδῶν τὸ πρὸς ὀλίγου χρόνου ἐκποσίλαος. Ἀριστοφάνης· Οὐτός ἐγὼ δ' ἐκ ποδῶν ζητοῦμαι. Ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Καὶ αὖθις· Ἀργεῖοι δ' Ὀρέστου ἐκποδὼν ἔσεσθαι. Καὶ παροιμία· ἀνδρὸς κακοῦ πράσσοντος· ἐκποδὼν φίλοι. Ἐκποδὼν γενέσθαι, φυγεῖν. ἢ ἐξαλεῖφεσθαι. ἢ οὐ τῷ μέσῳ γενέσθαι. Si adverbii more junctim scribas, ἐκποδὼν cum *Gujeto* ac *Stephano* praeferrem; sed nihil hic suadet, ut exponamus *illico*, *e vestigio*, verum *e medio*, *e conspectu* sensus postulat; ideoque vulgatam minime mutandam arbitror. Nam & Noster alibi; ἀλλ' ὑμεῖς μὲ οὐ ποδῶν, notante Fratre *G. O. Reitzio*, in Belg. Graeciss. qui locus est ex *Reviv.* c. 32. Addamus alia, ut *Amor.* c. 5. ubi οὐ ποδῶν *statim* est, & *Toxar.* c. 9. f. αὐτίκα μάλα ὑπὲρ τὸν ὀνείρατα οἴχονται ὑμῶν οὐ ποδῶν ἀπεπτάμενοι, ubi iterum discretim recte scribitur. Nec ibi *confestim* significare, patet, quia id per αὐτίκα μάλα enuntiatur. Sed pro arbitrio scribentis videtur modo sic, modo aliter exaratum; nam vicissim ἐκποδὼν ἄπιθι scriptum sine varietate video deinde, in *Pseudolog.* c. 4. post med. Ac tamen Latine ab *Micyllo* conversum, *abi è medio*. Et in *Eurip.* Hecub. 52. ἐκποδὼν χωρήσομαι junctim exaratum vertitur: *procul abibo*. Immo nihil interest, utrumque est ejusdem originis, si non prorsus idem; nam ut in singulari οὐ ποδὸς διώκειν nulla est controversia, quid obstat quin οὐ ποδῶν simili ratione scribamus semper, quum illa conjungendi aut dirimendi mutandique accentus ratio sit inventio posterioris aevi? Interim relinquamus hujusmodi orthographiam, qualem suis locis invenimus. *J. F. R.*

ΤΟΞΑΡΙΣ] De vero Toxari in *Scytha* multa. Vide cap. 1. Hic autem fictus Toxaris Romanorum Imperatorum aetate vixisse ponitur. Quamquam alicubi etiam ad veterem respexisse patet, ut c. 57. Vid. *Schott.* Obs. p. 138. *M. du S.*

2. Ὑμεῖς οἱ Σκύθαι] Qui oram inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Circassii dicti, eos nonnulli Ziccos esse volunt. *G. C.*

ὦ Μνήσιππε, θύομεν· ὑ μὴν θεύς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. ΜΝΗΣ. Νόμος δὲ ὑμῖν ϗ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν ὥσωρ θεοῖς; ΤΟΞ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ ϗ ἑορταῖς ϗ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. ΜΝΗΣ. Τί θηρώμενοι ταῦτ' αὐτῶν; ὑ γὰρ δὴ ἐπ' εὐμενείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε ὄντι. ΤΟΞ. Οὐ χεῖρον μὴ ἴσως, εἰ ϗ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· ὑ μὴν ἀλλὰ ϗ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, ϗ [a] τιμῶντες ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ ὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι.

Mneſippe, ſacra facimus: verum non quo Deos arbitremur eſſe, ſed viros bonos. MNES. Lex autem apud vos viris etiam bonis poſt mortem ſacrificare tanquam Diis? TOX. Non *hoc* modo, ſed diebus feſtis etiam celebritatibusque illos honoramus. MNES. Quid inde venantes? Neque enim ſane, ut propitii vobis ſint, ſacrificatis illis, utpote mortuis. TOX. Fortaſſe neque iſtuc male, ſi mortui etiam ſint nobis propitii. Veruntamen etiam viventium ratione melius nos arbitramur facturos, ſi memoriam virorum praeſtantiſſimorum uſurpemus, mortuos etiam honore proſequentes; putamus enim, ſic futurum, ut plures nobis illorum ſimiles velint fieri.

2. MNES.

[a] Τιμῶντες ἀποθ.] Τιμῶμεν Edd. omn. male. Τιμώμβοι *Fenſ.* At reſtituta lectio eſt in *Coll.*

5. Ἀλλὰ ἄνδρας] Ἀλλὰ ſeq. vocali, etiam α. ſine apoſtropho ap. Noſtrum fere ubique, rariſſime cum eo. Forſan ne confundatur cum adjectivo ἄλλα. Conſer ὥσωρ αὐτοῦ deinde c. 32. ubi plura damus. *J.F.R.*

12. Ἀλλὰ ϗ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admiſſum ineptiſſimum in verſione errorem, quem a prioribus acceperunt, *iis quae in vita ſunt*, quum & res ipſa & Graeca poſtulent maſculinum. *J.G.*

13. Πρὸς τοὺς ζῶντας] Eraſmus tamen recte: *his qui in vita ſunt.* In *Bened.* itaque verſione illud *quae* vitium tantum typographicum eſt, ἀδύνατον enim arbitror, id cum per ignorantiam aut oſcitantiam ſic vertiſſe. *J.F.R.*

14. Καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας] Samoſatenſis noſter peculiari libello conſcripturus eminentiſſima quaedam fidae amicitiae exempla, inducit Toxarin & Mneſippum, hunc ex Graecis, illum ex Scythis, quorumdam, qui in ſe ſummae fidei & nulla calamitatum violentia infracti amicitiae vinculi documenta dederunt, hiſtoriam texentes. Mneſippo itaque miranti, quod apud Scythas Pyladi & Oreſti ſacra fierent, quum ab iis, utpote mortuis, nihil utilitatis humano generi poſſet accedere, reſpondet inter alia Toxaris, Scythas ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum praeſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant, etiam poſt mortem manere bene factorum praemia. Graeca verba quaedam labes inſidet emaculanda. Ait, §. 1. Οὐ μὴν ἀλλὰ ϗ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, ϗ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Sed legendum (idque nemini non perſpicuum eſt) μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, ϗ τιμώμβοι ἀποθανόντας. *Quin putamus nos id melius quoque iis, qui in vita ſunt*, (πρὸς τοὺς ζῶντας, oſcitabundus Interpres verterat, *iis quae in vita ſunt.* quem errorem jam caſtigavit Cl. *Gronovius*) *facturos, ſi optimorum memores ſimus, & honore proſequamur mortuos.* Apprime huic Scytharum inſtituto, claris viris & Deis juxta honorem habentium, convenit, quod de Octavio Auguſto, proximum Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtante, qui imperium populi R. ex minimo maximum feciſſent, memorat *Suetonius* cap. 31. eum *nempe ſtatuas omnium* eorum ducum *triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicaſſe; edicto profeſſum, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar & ipſe, dum viveret, & inſequentium aetatum principes erigerentur a civibus.*

Mneſippo itaque & Toxaride, ſingulis ex ſua gente relaturis quosdam fideliſſima amicitia memorabiles, & inter ſe exemplis nobilibus quaſi certaturis, rogat Mneſippus, utrum in exemplorum multitudine, an in excellentia conſtitura ſit victoria. Reſpondet Toxaris c. 11. m. ſe potius velle, ut exemplorum dignitas ſpectetur. ϗ ὑ τομώτεραι (pergit) φαίνοιτο αἱ σταὶ [φιλίαι] τῶν ἰσων. ἴσως τῶν ἀριθμῶν ὄντων, καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονται μοι τὰ τραύματα, ϗ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Reddit Interpres, *ut ſi tuae meis acutiores appareant, quamvis numero ſint pares, magis lethalia vulnera infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo.* Inſcita & a mente Auctoris aliena verſio. Verte, *Et ſi tuae* (amicitiae) *meis videantur acutiores, ſi pares etiam numero ſint, haud dubie magis lethalia mihi infligent vulnera, & ad illos ictus citius inclinabo ac cedam.* Non videtur intellexiſſe hoc in loco Interpres, quid ſit ἐνδίδοναι, ubi de pugnis & certaminibus ſermo eſt. Ἐνδίδοναι videlicet dicitur acies, quae inclinatur, & retrolabitur. Noſter in eodem hoc libello c. 54. p. m. Γινομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐκ-

2. MNES. Recte ista statuitis. Sed quo in primis nomine admirati Orestem ac Pyladen honore Diis aequastis, idque, apud vos advenae cum essent; & quod maximum, hostes? qui quidem, cum illos naufragio ejectos, qui tum erant Scythae, comprehensos abduxissent, immolandosque Dianae, insidiati carceris custodibus, superatoque praesidio, & regem interfecerint, & adscita sibi sacerdote, quin ipsa derepta Diana, navigio, derisa communi Scytharum lege, evaserint. Itaque propter ista si honoratis illos viros, fieri non potest, quin

ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲ ὀρθῶς γινάσκετε. Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνος μάλιστα θαυμάσαντες ἰσοθέους [b] ἐποιήσασθε, πλὴν ταῦτα, ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας, καὶ τὸ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καλαθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν περιλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν [c] νόμου. Ὥστε εἰ μηδὲ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολ-

[b] Ἐποιήσασθε] Ἐποιήσαιτε Ex. *Fl.* Nihil mut. Edd. nec P. [c] Νόμου] Deest in *Fl.*

30. Οὐκ ἂν [*] φθάνοιτε] Ἀντὶ τοῦ, τάχιστα ἂν πάντας ἐπὶ τὰ ὅμοια προκαλίσαιτε. *V.*

[*] Φθάνοιτε] Φθάνητε Ed. *Cler.* quod mutavimus, ut Lucianeo textui congrueret. *J. F. R.*

ἐνδιδῶ ἄδη τὰ ἡμίτονα, καὶ παρεμβρύγνιον ἡ φάλαγξ, ubi aliquanto melius Interpres, *Nostri terga dabant*; quamquam id non prorsus est *terga dare*. *Plutarchus* in Romulo, Ἐνέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγὴ πρὸς τὸ Παλάτιον ἐχώρει ἐξωθούμενοι τοῦ ἱππικοῦ. Sic ventus, flatum remittens, dicitur ἐνδιδόναι ab Nostro in 2. *Verae Hist.* Hoc Tom. II. c. 29. f. Μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ σταδιζόντος. At contra ἐπιδιδόναι dicitur ventus, ubi increbescit. *Laxare fraenum* Graecis quoque dicitur χαλινὸν ἐνδιδόναι. Noster in *Deorum Dial.* pag. 182. δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τὸ χαλινόν. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς, ἴσως scilicet. Similiter ἐνδοῦναι πόδα, quae phrasis est nautica, usurpat Lucianus in *Contemplant.* c. 3. pr. pro remittere funem, quo remisso, velum a latere navis recedit, & minori violentia in velum irruit ventus. Verba Luciani sunt, Ὁπόταν δὲ τὸ πνεῦμα καλαιγίσαν πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνιον τιλλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ πόδος, ἢ συσκιάσαι τῷ πνεύματι. Belgae dicimus, den schoot uitlaten. Quod hic vocat Noster συσκιάσαι τῷ πνεύματι, id eodem prorsus modo Belgae niet den wind uitlopen. *J. J.*

Καὶ τιμᾶσθαι δοκοῦσιν.] Nondum possum accedere *Jensianae* emendationi; cum nondum mihi constet, τιμᾶσθαι media vel passiva terminatione significare posse simpliciter honorare; & nihil hic sit in oratione Scythae, quod non optime cohaereat: ἄμεινον οἰόμεθα — μιμησόμενοι — καὶ τιμῶμεν — ἡγούμεθα δέ. Si τιμῶντες inveniatur in libro antiquo, illud vero arripiam. *J. M. G.*

Καὶ τιμᾶσθαι δοκεῖ.] Recte divinavit *Gesn.* τιμῶντες alicubi inveniri posse. Quare laudabit factum, quod ad id etiam versionem nunc adcommodaverim. *J. F. R.*

Ibid. Τιμῶντες] Ita *Coll. Gall.* optime. Antea legebatur τιμῶμεν. Cl. *Jensius* mutandum sensit. *M. du S.*

28. Ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες] Duo participia sine copula habuimus etiam supra hoc Tom. *Alex.* c. 19. ἐπιστὰν τὴ οἰκίᾳ, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενον. Ubi addidi similem constructionem videri posse in *Euang. Luc.* c. V. 25. & 28. Item *Alciphr.* I. 4. p. 20. Jam aliquanto plura additurus ipsa auctorum verba etiam subjungam. Ait enim Euangelista: Καὶ παραχρῆμα ἀναστᾶσα ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν. Ac deinde: Καὶ καταλιποῦσα ἄπαντα, ἀνέστησαν ἠκολούθησαν αὐτῷ. *Alciphr.* autem l. c. Τί δὴ ἂν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἀκτὴν ἀπολιποῦσα — ἀσυδὴ θαμίζεις; adde *Euang. Marc.* VIII. 23. Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτόν. Ibid. X. 16. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ, ηὐλόγει αὐτά. Ibid. VI. 54. 55. — εὐθὺς ἐπιγνόντες αὐτὸν, περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο &c. Addo Lucian. T. I. *Somn.* §. 2. ἀγανακτήσας, σκυτάλην λαβὼν — μοῦ κατήρξατο. Infra *Asin.* c. 37. ἀποβρίψαντες, τὴν κεφαλὴν ἐλίσσοντες. Vel tria denique jungit *Alciphr.* III. ep. 43. pr. ξυράμενοι τὰς κεφαλὰς — λουσάμενοι εἰς τὸ Σηραγγεῖον βαλανεῖον — δρόμον ἀφέντες, εἰς τὸ προάστειον — ἀφικόμεθα. Intricatius paullo Idem III. Ep. 7. pr. Ἀκεσίλαος ὁ ἰατρὸς ἠμιθνῆτα, μᾶλλον δὲ αὐτοπρόῤῥον διασάμενος, ἵνα τὸ κάτω, μαθηταῖς ἐπιτάττων, φοράδην ἀνιέναι, ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἰκαδε. Quod sic in omnibus suis Codd. inveniri testatur *Bergl.* qui tamen ἐπέτατεν, καὶ ἤγαγεν legendum existimat. Sed vide anne ex superioribus vulgata se tueri possit. *J. F. R.*

30. Οὐκ ἂν φθάνοιτε] Conf. supra notata ad T. I.

πολλὰς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοίνυν ἐνθένδε αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καλεῖσθαι. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν ὅτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν λοιπῶν θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἡκούσας ἄνδρας ἐκθειάσετε καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν ὄσι θύσετε ὡς θεοῖς.

Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴτῳ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πάλαι μὲν θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτούς, νῦν δὲ τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι. ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μέν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰρ, δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ὅπη τῆς Ἀργοῦς εἰς τὴν Κολχίδα πρεπλευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενον ἐκαλεῖτο, οἷα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν οἰκούντων· καὶ ἐπειδὰν ἑάλωσαν, ὅτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ πράγματι, καὶ

multos illis reddatis similes. Atque hinc ipsi jam ad antiqua respicite, utrum bene vobis eveniat, multos in Scythiam Orestes & Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipsi & sine Diis futuri, si reliqui Dii eodem modo e vestra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro Diis omnibus viros, qui eorum educendorum causa venerint, consecrabitis, & sacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam Diis sacra facietis.

3. Quod si enim non harum rerum causa Orestem ac Pyladen honoratis; verum aliud forte, Toxari, beneficium vobis praestitere; quo tandem nomine illos, cum olim Deos non haberetis, jam contra ea sacrificando Deos judicastis, atque his, qui parum aberat, quin ipsi fierent tum victimae, victimas nunc offertis? Ridicula enim istaec videri possunt, & rebus olim gestis contraria. T O X. Etiam ista quidem, Mnesippe, generosa illorum virorum *facta*, quae enarrasti. Quod enim, duo cum essent, magnum adeo facinus ausi, longam adeo a sua patria navigationem ingressi, expeditionem in Pontum suscepere, intentatum adhuc Graecis, praeter illos, *qui Argo vecti* bellum Colchidi intulerant; nec perhorrescentes *portentosas* de illo fabulas, neque appellationem timentes, cum Inhospitalis vocaretur, feris mirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod capti cum essent, viriliter adeo in ea re

α Οὕτω] Non adest in *Fl.*

Vit. Auct. c. 26. No. 6. *Alciphr.* III. Ep. 3. f. μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ καλασκλῆναι. Ubi negatio tamen pertinet ad priora. *non, etsi prius fame contabescendum esset.* *J. F. R.*

32. Πρὸς τὰ παλαιὰ] Ego haec verba glossam esse τῷ τοίνυν, existimo. *M. du S.*

34. Καταίρειν] Jussit *Solan.* conferri T. I. *Jud. Voc.* §. 1. Ibi invenio κ' καταίροντ' ἔνθα μὴ δεῖ. Et patet inde vis verbi καταίρειν, quam supra l. c. male acceperant ac verterant Interpretes, reddentes, *auferre*; hic tamen recte *appellere*, dederant. Καταίρειν enim proprium esse de navibus in portum invectis, Cl. *Hemsterh.* ibi docuit. Cui tantum addo *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 174. Οἶδα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ Σοφίας δεῦρο καταφανῆ. Quod recte quoque ibi conversum: *a Syritis huc appulerat.* *J. F. R.*

43. Εἴπερ τι ἄλλο] Hunc locum, si propius inspicias, haud sincerum invenies. *M. du S.*

Εἴπερ τι ἄλλο] Sic habere omnes Edd. notarat in variantt. *Solanus.* Habebant autem εἴπερ τι, quem accentum tamen ego mutavi, non ferens duos acutos in syllabis contiguis. Quod autem ait, non sana esse verba, haud satis capio: mihi certe plana videntur, & sensus vel ex versione Cl. *Gesneri* patebit

re se gesserunt, nec satis habuere, si incolumes ipsi evaderent, verum vindicata regis injuria, & ablata Diana inde solverunt: quomodo haec non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna? Verum non ista nos in Oreste & Pylade spectantes pro Heroibus illos tractamus.

4. MNES. Dic ergo jam, quid praeclarum & divinum aliud perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores ostenderim, & inter hos maxime Phoenices, non in Pontum modo, neque ad Maeotida usque & Bosporum navigantes, sed utique & Graecum mare percurrentes & Barbarum. Omne enim isti litus, & oram omnem, ut ita loquar, perscrutati singulis annis, sero autumni domum suam revertuntur. Hos tu eadem ratione Deos puta, idque, cum caupones & salsamentarii sint eorum forte plerique.

5. TOX. Quin audi, carissime, & vide, quantum barbari nos aequius de bonis viris quam vos judicemus: quandoquidem Argis & Mycenis neque monumentum nobile videre est Orestae aut Pyladis: apud nos autem & templum illis exstructum est simul ambobus, ut conveniebat sodalibus, & sacrificia offeruntur, & alius omnis honos *habetur*. Neque quidquam obstat, quod peregrini, non Scythae fuerunt, quo minus boni viri judicati sint.

μὴ ἀγαπῆσαι εἰ [b] Διαφυλάξαι) μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τ βασιλέα τ Ὑδρεως, καὶ † Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι ὀρεπτὰ ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα.

ΜΝΗΣ. Λέγοις ἂν [c] ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο ἐξειργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας [d] αὐτῶν, οὐκ ἐς τ Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τ Μαιώτιδος καὶ τῶν Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχῇ τ Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης πλανωμένους· ἅπασαν γοῦν οἶμαι ἀκτὴν, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τῷ μετοπώρῳ εἰς [e] αὐτῶν ἐπανίασιν, ὡς χρὴ τ αὐτὸν λόγον θεοὺς νομίζειν, καὶ ταῦτα, καπήλους καὶ ταριχοπώλους, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

ΤΟΞ. Ἄκουε δὴ, [e] ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τ ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει γε καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυλάδου παρ' ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται) αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε ὄντοιν καὶ θυσίαι προσάγονται), καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὶ κεκριμένοι.

[b] Διαφυλάξαι)] Sic Edd. Διαφυξαι) L. rectius. [c] Ἤδη] Deest in *Fl.* [d] Αὐτῶν] Adest hoc in *J. Fl. Fr. Fa. Bz. P. H. S.* [e] Ὦ] Non adest in *Fl.* [f] Γε] Vs. *Fl.* male.

bit unicuique. *J. F. R.*

59. Ἄξιον] *Ovid.* Trist. IV. 4. vs. 55. & *Strabo* VII. *Extr.* Ἰφ. A. p. 402. C. 406. B. 407. B. 410. A. *M. du S.*

62. Μὴ ἀγαπῆσαι] *Non contentum esse* significare; in quo tamen deinde errarint Interpretes, vid. mox, ad c. 62. *J. F. R.*

Ibid. Διαφυξαι)] Ita L. Codex, uti antea conjeceram legendum, pro Διαφυλάξαι). *M. du S.*

Διαφυλάξαι)] Mallem & ego cum Solano Διαφυξαι-ται. Versio Cl. *Gesn.* utramque lectionem complexa est. Hinc nihil mutavi; neque enim negat Διαφυλάττεσθαι esse *salvum manere, incolumem se servare*; sed quia ad fugam e custodia magis pertinet historia, & fuga ipsa sic etiam evasisse incolumes satis indicat, & egregius Cod. hanc lect. suppeditat, magis ad illam feror. *J. F. R.*

73. Αὐτῶν] Abundat illud αὐτῶν, nisi cum Φοίνικας conjungas. *M. du S.*

3. Kal

ὰ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ κ᾽ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο. ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείως αὐτοὺς ἀπὸ τ᾽ ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καλαπλαγέντες τ᾽ ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι εἶναι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, κ᾽ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καλαστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, [a] καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τ᾽ ἀρίστων θεραπεύεσθαι.

Καὶ ἃ γε μετ᾽ ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὅτι στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, κ᾽ νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα κ᾽ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τ᾽ στήλην ταύτην, κ᾽ τὰ ἐπ᾽ [b] αὐτῆς γεγραμμένα ἀπομνημονεύσαι. ῥᾷον γὰρ τὸ ὄνομα ἕκαστος αὐτῶν ὁπλάδου τοῦ πατρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου κ᾽ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ κ᾽ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεῶ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηNeque enim inquirimus, cujates honesti bonique viri sint, neque invidemus, licet amici non fuerint, si honesta perpetrarunt. Dum vero quae fecere laudamus, nostrates, quantum ad res gestas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc est, quod nobis visi sunt amici hi optimi omnium fuisse, & velut legislatores aliis constituti, quomodo oporteat in societatem omnis fortunae cum amicis venire, & *sic* ab optimis quibusque Scytharum coli.

6. Et, quae secum invicem aut pro se subierunt, ea relata in literas majores nostri in aerea columna dedicarunt in Oresteo, lata lege, primam disciplinam & institutionem pueris nostris esse hanc columnam, & quae scripta in illa sunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius sui patris nomen unusquisque illorum oblivisceatur, quam Orestae atque Pyladis facta ignoret. Sed in consepto etiam templi eadem, quae columna in-

a Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν &c.] Nihil mutare *J. Fl. Fr.* notarat *M. du S.* Sed & ita *P. H. S.* b Αὐτῆς] Αὐτῶν male *Fl.*

3. Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τ᾽ ἀρ. θερ.] Aut mutila oratio est, aut haec verba loco suo mota sunt, & alio referenda. *M. du S.*

18. Συνειλημμένῳ, κ᾽ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένῳ] Συνειλημμένους, κ᾽ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους. *Th. M.*

20. Κατάρχῃ αὐτῶν] Apud *Eur.* Iph. in Taur. 40. de hac ipsa fabulae parte loquitur Iphigenia,

Κατάρχομαι δ᾽ σφάγια δ᾽ ἄλλοισι μέλει.

Vide Scholia & not. Clar. *Barnesii*; aut adi *Eurip.* c. 3. & quae illic annotata sunt. *M. du S.*

Κατάρχῃ αὐτῶν] Verti *immolat*. Servius ad Aen. 10, 541. *Immolari proprie dicuntur hostiae non cum caeduntur, sed cum accipiunt molam salsam.* Et laudat statim locum Catonis in Origg. *Boves immolatos priusquam caederentur profugisse in Siciliam.* Jam hoc esse κατάρχεσθαι satis docebit ipse poëta Od. Γ. 445. & ibi Eustathius. Nempe Nestor ibi χέρνιβα τ᾽ ὀλοχύτας τε κατήρχετο. *J. M. G.*

26. Ἐκπεμπαιόμενοι] Utitur etiam *Thucyd.* VII. 75. p. 496. τ᾽ δὲ ξυσκήνων ἤδη ἀπίοντων ἐκπεμπαιόμενοι. Ubi *Wassius* haec notat: „ Habet *Suid.* in ἐκπεμπων. & exponit ἀπηρτημένοι. Nec variant Mss. Ἐκπεμπαιόμενοι τ᾽ πηδαλίων dicit *Lucianus* in Toxari (h. l.) „ Apud *Theophrast.* in Hist. plantar. 9. καθαιρεμένου). *J. F. R.*

27. Τῶν πηδαλίων] Plurali numero utitur, etsi de una navi tantum sermo est. Ita rursus infra *Navig.* c. 6. μικρὸς τις ἐκθερμαίνων γίγνεται ἤδη — τὰ τελικαῦτα πηδάλια θεωρήσων. Et sic in *Act. Apost.* XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τ᾽ πηδαλίων. Nec abs re erit addere quae Rever. *J. Elsner.* ad eum locum notavit dicens: „ *Bina πηδάλια* gubernacula dixisse Lucam „ notabat, *plurali num. pro sing. quum unius navis* „ *plura non essent gubernacula.* Sed fallitur Vir Do„ ctissimus, antiquum navium modum ex sui tem„ poris consuetudine interpretatus; nam utique in „ antiquis navibus bina erant gubernacula, suum cui„ que lateri, ut recte monuit *Gronov.* *Aelian.* Var. „ Hist. L. IX. c. 40. duos gubernatores singulis navi„ bus constituisse Carthaginienses ait — vid. ad il„ lum locum *Perizonium.* Et *Apulejus* L. 2. Me„ tam. p. 50. *Navis turbinibus procellarum quassata* „ *UTROQUE REGIMINE* amisso demersa est. „ Ubi mirus ille Commentator in usum Delphini no„ tat: *malo scilicet & gubernaculo quibus navis regi„ tur.*

indicat, picturis expressa ab antiquis, ostenduntur: navigans Orestes simul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehensus, & ad sacrificium paratus; & Iphigenia jam illos immolat; e regione vero in altero muro, jam exutus vinculis depictus est, Thoantem interficiens, & Scytharum multos alios; ac denique ut solvunt, Iphigeniam habentes ac Deam; Scythae autem frustra manus injiciunt navi jam eunti, suspensi e gubernaculis, ac tentantes inscendere; tum ut nihil proficiunt, partim jam vulnerati, partim ejus rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis quantam sibi invicem benevolentiam in conflictu cum Scythis exhibuerint. Fecit enim pictor utrumque, negligentem oppositos sibi hostes, depellentem autem, qui irruunt in alterum, & pro-

πλοῖ, γραφαῖς ὑπὸ τ παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυ). πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς ξαφθαρείσης [c] αὐτῶν τ νεὼς [d] συνειλημμένω, καὶ πρὸς τ θυσίαν παρεσκευασμένω, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχε) αὐτῶν· καλαύλικρὺ δὲ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ τοίχῳ, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπ), καὶ φονεύων τ Θόαντα, καὶ πολλὺς ἄλλους τ Σκυθῶν· καὶ τέλ ἀποπλέοντες, ἔχοντες τ Ἰφιγένειαν, καὶ τ θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ὑπολαμβάνον) τῇ σκάφῃ ἤδη [e] πλέοντ, ἐκκρεμαννύμενοι τ πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' ἐδὲν ἀνύσαντες, οἱ μὲ αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχον) πρὸς τ γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμελοῦντα μὲ τ καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τὺς ὑπερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαν-

[c] Αὐτῶν] Αὐτῷ Exc. *Fl.* Sed cum vulgata conspirat P. [d] Συνειλημμένω &c.] Συνειλ—ους & παρεσκ—ους *Marc.* Nil mut. Edd. [e] Πλέοντ] Πλέοντες Exc. *Fl.* male. Vulgatam adserit P.

„ tur. Sed vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. c. 1. pag. „ 452. Et *Graevium* ad *Hesiod.* p. 9. Hinc in plurali „ fere πηδαλίων meminerunt auctores. *Galenus* Pro„ trept. ad scient. p. 1. ἐκτρίψας τὰ πηδάλια κυβερνή„ τη τυφλῶ. *Lucian.* Tox. (h. l. & *Navig.* supra jam „ indicato.) Vide & *Aristoph.* Equit. vs. 539. & „ *Achill. Tat.* L. III. p. 159. Et *Orph.* Argon. vs. „ 1178. Ἀγκαῖ ὃ δ' εἴακας ἐπισαμένως ἐτίταινε. *Anceus vero clavos docte gubernavit.* Ita etiam Lati„ ni *gubernacula* dicunt: *Petron.* c. 114. p. 531. Vid. „ & *Munker.* ad Hyg. fab. 14. p. 50. Et *moderamina* „ Ovid. III. *Metam.* 644.". Haec ille. plurima recte & ad Lucianum adposite, quare descripsisse non piguit. Sed quod poëtae *gubernacula ac moderamina* dicant, inde non probes duo revera fuisse; hi quippe *ora* pro *os*, & simil. de uno homine dicere amant. Res tamen satis certa est ex aliis; nam & *Heliod.* Aethiop. V. c. 15. pr. ἅ τι πηδαλίων θάτερον λαβόμενοι &c. quem cum aliis ab *Elsnero* adductis indicat *Scheffer.* de milit. naval. p. m. 146. docens duo, tria, quatuorve gubernacula habuisse naves majores. Verum & alia navigia duplici gubernaculo non a puppi, sed a prora & puppi instructa fuisse, ut accedere & retrocedere possent sine conversione, monuit *Scholiast.* Luciani ad *Amor.* c. 6. v. διπρότων. Interim cum *Scheffero* credo, minoribus navigiis unum tantum fuisse gubernaculum. Et plura congerere jam eo minus gestio, quo id facilius fore sentio. Unum addo ex *Achill. Tat.* III. fol. 62. Τέλ ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν ῥίπτει μὲ τὰ πηδάλια ἀπ' τ χειρῶν. Haec si conferas cum Luciani verbis, supra ex *Navig.* prolatis, rogabis quomodo unus vir utrumque gubernaculum regere potuerit? Nec tamen de parvo adeo navigio est sermo, in quo tot vectores enumerat Achilles T. Sed nec nimis magnum fuisse oportet, quod vectores ante legantur saepe locum jussu nautarum mutasse, ut navem ad alterum latus inclinare tentarent. Quare suspicor nec in solutae orationis scriptoribus semper necessario plura gubernacula intelligi, quoties plurali numero utuntur; sed quia ordinario duo erant, usum invaluisse, ut pluralem etiam de uno loquentes retinerent. Nam si in magna navi duo erant gubernacula, etiam bini erant gubernatores, ut *Meibom.* de fabrica triremium aliique jam observarunt. At in mediocri fieri potuit, ut perticae versatiles utrique gubernaculo ad latera puppis dependenti ita essent connexae, ut iis dextra sinistraque manu ab uno gubernatore prehensis, utrumque simul vel alterutrum per vices moveri potuerit. J.F.R.

ἁπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ πρὸ αὐτοῦ τιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι.

illo occurrere tentantem telis, & nihili curantem, si ipse moriatur, modo servet amicum, & intentatam illi plagam suo corpore *velut* praeripiat.

Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαναστῶσιν, εἰ μὴ ὁπόσης κοινωνήσουσι τῆς ἡδέως· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν [a] ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοὺς κινδύνους ἀπολιπόντες. καὶ μὴν οὐδὲ καὶ τόδε ὅπως οὐκ εἰδῆς, ὡς οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον πασῶν ἡμῖν, τῷ προδότῃ φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ [b] ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τὄνομα ὅτι τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ [c] φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

7. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, & malorum communionem, & fidem, & socialitatem, & veritatem firmitatemque amoris mutui; haec, inquam, non humana esse putavimus, sed praestantioris cujusdam animi, quam est in plerisque his hominibus, qui, dum secundus est cursus, indignantur amicis, si non in aequam jucundorum partem veniant: si vero vel paullum quiddam illis reflaverit, *ilicet* abeunt, solos periculis relinquentes. Etenim ut hoc etiam scias, nihil Scythae amicitia majus esse existimant; nec est in quo Scythes magis sibi placeat, quam si cum amico laborare illi contingat, & in societatem adversorum illius venire: quemadmodum majus nullum apud nos probrum, quam si quis prodidisse amicitiam videatur. Propter haec Orestem honoramus & Pyladem, qui praestiterint Scytharum bonis, & in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur. Etiam nomen propterea illis posuimus, ut Coracos appellaremus; id autem est nostra lingua, ut si quis praesides amicitiae genios dicat.

8. MNES.

a Ἀντιπνεύσειεν] Ἀντιπνεύσει *Fl.* b Ταῦτα] Τοῦτο Exc. *Fl.* Nil. mut. Edd. nec P. c Φωνῇ] Φωνῆ *J.* male.

42. Φιλέταιρον] * Φιλέταιρος G.

* Φιλέταιρος] Corrige, φιλέταιρος. Nam videtur tantum indicare voluisse diverso accentu φιλέταιρος & φιλεταῖρος posse scribi, ut ἄγροικος & ἀγροῖκος, de quo deinde. Nisi quis φερεταίρους legere malit, quod longius tamen a scriptura codicis abit. *J. F. B.*

61. Κοράκους] De veterum Scytharum lingua quis scripserit nescio. *M. des S.*

Κοράκους] Forsan κοιράνους Sarmatice. *M. V. la Croze.*

Κοράκους] De Scythica lingua, ni fallor, scripsit *Theoph. Sigefr. Baierus*, quem laudat *Gesnerus* supr. ad *Alexandr. seu Pseudom.* c. 51. No. 28. *J. F. B.*

75. Ἐν Σκύθαις ἀντὶ ἀξένων] De Scytharum in hospites crudelitate, quos mactatos comedebant, confer Noster supra *Deor. Dial.* XVI. p. 245. T. I. Et Rev. *Jac. Elsner.* ad Epist. ad *Coloss.* III. 11. ubi a barbaris distinguuntur, quod maxime sint barbari, seu barbarorum barbari, licet postea aliqua quoque justitiae laude celebrati legantur. Paret saltem ἀξένους omnino legendum, ut probe etiam Cl. *Gesner.* cum *Salano* vidit. Vid. *Ovid.* IV. Trist. IV. 56. *J. F. B.*

76. Ἄκις ὁ ξένος, καὶ ἀγρίως] In ξένος nihil est, quod suspicionem praebeat *feritatis*; neque apparet, quomodo populus aliquis totus, in sua patria vivens, possit ξένος vocari. Quaesivit σοφὸν φάρμακον *Erasmus*, & vertit *Barbarus*; sed praeter vim nominis, pu-

8. MNES. Igitur non ſagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythae, & rebus bellicis praeſtantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem ſentienti, jam & ipſi recte facere videmini, cum divinis adeo honoribus Oreſtem Pylademque afficitis. Sed neſciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum eſſe. Lucidiſſime enim nobis, quae ſunt in Oreſteo, imagines oſtendiſti, & pugnam virorum, & *quae* pro ſe invicem *excepere* vulnera. Verum neque hoc putabam, ita ſtudioſe coli inter Scythas amicitiam, quippe ut inhoſpitales & agreſtes, in inimicitiis ſemper verſari *illos arbitrabar*, & ira, & excandeſcentia; amicitiam vero neque inter conjunctiſſimos ſuſcipi; colligens *iſta* tum e reliquis, quae de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, ὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, ἢ τὰ πολεμικὰ τ̃ ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ ἢ ῥῆσιν εἰπεῖν ἀπάντων σιθανώτατοι. ἐμοὶ γὲν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη ἢ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, ὅτως Ὀρέστην ἢ Πυλάδην ἐκθυάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, ἢ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. πάνυ γὲν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, ἢ τ̃ μάχην τ̃ ἀνδρῶν, ἢ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾠήθην ἂν ὅτω ποτὲ σπουδαστὸν εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἄτε γὰρ [d] ἀξένους ἢ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρᾳ μᾶλλον ἀεὶ συνεῖναι, καὶ ὀργῇ ἢ θυμῷ, φιλίαν δὲ [e] μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους [f] ἐπαναιρεῖσθαι· τεκμαιρόμενον τοῖς τε ἄλλοις ἃ περὶ αὐτ̃ ἀκούομεν, ἢ ὅτι καθεθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας.

8. Μνησ. Ω Τοξαρι, ο μονον αρα τοξευειν αγαθοι ησαν Σκυθαι, η τα πολεμικα τ̃ αλλων αμεινους, αλλα η ρησιν ειπειν απαντων σιθανωτατοι. εμοι γε̃ν τεως αλλως γιγνωσκοντι, ηδη η αυτω δικαια ποιειν δοκειτε, οτως Ορεστην η Πυλαδην εκθυασαντες. ελελησεις δε με, ω γενναιε, η γραφευς αγαθος ων. παυ γε̃ν εναργως επεδειξας ημιν τας εν τω Ορεστειω εικονας, η τ̃ μαχην τ̃ ανδρων, η τα υπερ αλληλων τραυματα. πλην αλλ' ουκ ωηθην αν οτω ποτε σπουδαστον ειναι φιλιαν εν Σκυθαις· ατε γαρ [d] αξενους η αγριους οντας αυτους, εχθρα μαλλον αει συνειναι, και οργη η θυμω, φιλιαν δε [e] μηδε προς τους οικειοτατους [f] επαναιρεισθαι· τεκμαιρομενον τοις τε αλλοις α περι αυτ̃ ακουομεν, η οτι καθεθιουσι τους πατερας αποθανοντας.

9. TOX. Utrum in reliquis etiam nos & juſtiores adverſum parentes Graecis, & religioſiores ſimus, de eo in praeſenti tecum non contenderim. Amicos autem Scythas multo Graecis amicis fideliores eſſe, & majorem amicitiae rationem inter nos eſſe, quam apud vos, demonſtratu facile eſt. Et, per ego te Graecorum Deos oro, ne moleſte me audias, ſi quid eorum di-

ΤΟΞ. Εἰ μὲ η τἆλλα ἡμεῖς τ̃ Ἑλλήνων η δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιςότεροι τ̃ Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, η ὅτι φιλίας λόγον πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· η πρὸς θεῶν τ̃ Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν καταγινόμεθα, πρὸ-

9. Τοξ. Ει μη η τ̃ αλλα ημεις τ̃ Ελληνων η δικαιοτεροι τα προς τους γονεας και οσιωτεροι εσμεν, ουκ αν εν τω παροντι φιλοτιμηθειην προς σε· οτι δε οι φιλοι Σκυθαι πολυ πιςοτεροι τ̃ Ελληνων φιλων εισι, η οτι φιλιας λογον πλειων παρ' ημιν, η παρ' υμιν, ραδιον επιδειξαι· η προς θεων τ̃ Ελληνων, μη προς αχθηδονα μου ακουσῃς, ην ειπω τι ων καταγινομεθα, προ-

d Ἀξένους] Ex Emend. *Solani*. Edd. priores ξένους. e Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. H.* ut fere ſemper. f Ἐπαναιρεῖσθαι] Et ſic eſſe in *Fl.* aeque ac in *J.* notat *Solan.* Sed & eſt in *H. P.* &c.

puto. Itaque plane non dubito, hic legendum eſſe ἀξένους, idque eo magis, cum ſupra jam innuerit, quod aliunde notiſſimum eſt, Pontum qui poſtea εὔξεινος vel εὐξεινος boni ominis cauſſa dictus eſt, ἄξεινον olim ab ingenio & moribus accolarum eſſe vocatum. Itaque verti *Inhoſpitales*, idemque factum video a Doctiſſimo *Solano*, & puto ipſum ἀξένους eſſe in contextum orationis recipiendum. *J. M. G.*

Ibid. Ἀξένους] Ita neceſſario emendandum fuit: ξένους enim quod in omnibus legitur, manifeſto pravum eſt. Vidiſti jam ſupra c. 3. eo nomine infamem olim Pontum (quod & ex *Strabone* diſcere eſt, l. VII. p. 298. D.) qui poſtea melioris ominis cauſa Εὔξεινος appellari coepit. *Inhoſpitalis* itaque tum habitus eſt, ob Scythas ejus accolas, quod vel haec fabula ſatis evincat. Vide tamen & Horatii *inhoſpitalem Caucaſum*. *M. du S.*

77. Καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ] Non haec ſunt otioſa ſynonyma. Vid. ſupra notata ad *Hermot.* c. 12. No. 82. *J. F. R.*

80. Ὅτι καθεθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας] Conf. infra Περὶ §. 25. *M. du S.*

89. Ἀχθηδόνα] Juſſit Cl. *Hemſterh.* in marg. conferri *Duker.* ad *Thucyd.* IV. p. 262. No. 7. Ait autem *Thucyd.* c. 40. p. 263. Καί τινος ἐρομένου ποτὲ ὑστερον τ̃ Ἀθηναίων ξυμμάχων δι' ἀχθηδόνα. Ibique *Hudſ.* ac *Dukerus*: „ Ἀχθηδὼν vox apud Thucydidem poetica, ut „ dicit *Dion. Halic.* T. 2. p. 133. Utitur tamen ea „ ipſe *Dionyſius* in Antiquit. Rom. p. 572. Etiam a„ lios proſae ſcriptores hoc vocabulo uſos oſtendit „ Clar. *Waſſe* in Indice. Add. *Lucian.* Toxar. h. l.“ deſcripſi ex commentt. Thucyd. *J. F. R.*

πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενον. ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τὰς μὲν περὶ φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύνασθαι, τὰ ἔργα δὲ [a] αὐτῆς, οὐ μόνον οὐκ κατ' ἀξίαν τῶν [b] λόγων ἐκμελετᾶν, ἀλλ' οὐδὲ ἐπόχρη ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὴν, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ὑποκροτεῖτε, καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοὶ καὶ ὑποδακρύετε, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἤν που φίλον δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα, οἴχονται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιπῶσαι, ἃ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ πανμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, [c] ὅσον γοῦν δὴ λειπόμεθα ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτοῦμεν.

Εἶγ' ἂν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν παλαιοὺς φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ κατά γε τοῦτο πλεονεκτοῖτε ἄν, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, [d] καὶ τὴν ἄλλην [e] ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι

xero, quae, poſtquam diu inter vos verſor, obſervavi. Vos enim mihi videmini verba quidem de amicitia melius aliis poſſe facere; at opera illius non tantum non pro dignitate illorum verborum meditari atque exercere: ſed ſufficit vobis laudaſſe illam, & quantum ſit bonum oſtendiſſe. Cum autem opus *ea eſt*, proditores orationis veſtrae, neſcio quomodo mediis ex operibus transfugitis. Et quando vobis tragoedi tales amicitias in ſcenam productas oſtendunt, laudatis & plauditis, illisque pro ſe invicem periclitantibus plerique etiam illacrimamini: ipſi vero nihil laude dignum praeſtare pro amicis audetis; ſed ſi qua re indigeat forte amicus, ſubito, velut inſomnia, aufugiunt vobis avolantque e veſtigio multae illae tragoediae, inanibusque his & nutis perſonis ſimiles vos deſtituunt, quae diducto rictu, & immane quantum hiantes, ne minimum quidem ſonum edunt. Nos contra ea, quantumcunque diſputationibus de amicitia habendis inferiores *forte* ſumus, tantum rebus ipſis praeſtamus.

10. Quare, ſi videtur, ita nunc agamus. Antiquos amicos patiamur quieſcere, ſi quos aut nos, aut vos de priſco aevo adnumerare poſſimus: nam hac quidem parte vos viceritis, multos eosque dignos fide teſtes dantes poëtas, qui Achillis & Patrocli amicitiam, & Theſei atque Perithoi, reliquumque ſodalitium, pulcherrimis verſibus

[a] Αὐτῆς] Αὐτοῖς male Exc. *Fl.* Vulgatam tuetur P. eſt in P. [b] Λόγων] Ἄλλων marg. *A1W.* & Exc. *Fl.* Vulgata etiam [c] Ὅσον] Ὅσῳ L. P. & marg. *A1.* [d] Καὶ τὴν ἄλλην] Non comparent in P. G. Sed adſunt in Edd. omn. [e] Ἑταιρείαν] Ἑταιρίαν P. Nil a vulgata abit *Fl.*

8. Ἐκ ποδῶν] Conf. ſupr. *pro Imagin.* c. ult. ubi *Gujet.* ἐκποδὼν una voce maluit. Sed vid. quae ibi noto. *J. F. R.*

9. Κενοῖς — καὶ κωφοῖς προσωπείοις] Conf. ſupr. *Quom. Hiſt.* c. 4. *de Salt.* c. 27. Infr. *de Gymn.* c. 23. & 32. *M. du S.*

13. Ὅσον] P. & L: ὅσῳ. Sed nihil hic quidem mutato opus eſt, cum mox ſequatur τοσοῦτον, niſi & poſterius mutare velis, de quo iidem illi Codices non monent. *M. du S.*

21. Ἀχιλλέως Θ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θέσεως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρίαν] In his verbis καὶ τὴν ἄλλην non agnoſcit Mſ. ſunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac ſi legiſſet τὴν ἄλλων, quia in τὴν ἄλλην nulla ſententia ſuberat. *J. G. G.*

23. Ἑταιρείαν] Ἑταιρίαν etiam ſcribit Clar. *Graev.* in

sibus & numeris canant : sed paucos quosdam de his, qui nostro ipsorum tempore vixerunt, promamus, quorum enarremus facta, ego quidem Scythica, tu autem Graeca : & uter his vicerit, & meliores produxerit amicos, ille victor erit, suamque praeconio *patriam* ornabit, pulcherrimo & honestissimo peracto certamine. Nam multo equidem libentius mihi videor solitaria pugna superatus dextram praecidendam praebere, quae Scythicae *gentis* poena est, quam deterior alio in amicitia judicari, idque Graeco, cum ipse Scytha sim.

11. MNES. Est quidem, Toxari, opus minime contemtibile, cum viro, qualis tu, bellatore pugnam solitariam inire, qui tam apta ad scopum, & acuta argumenta habeas. Veruntamen neque ego ignave adeo ac tam cito prodens omnem Graeciam, tibi concessero. Indignissimum enim fuerit, a duobus illis tantum Scytharum esse superatum, quot fabulae indicant, & antiquae vestrae picturae, quas paullo ante praeclare, velut in tragica scena enarrasti : Graecos vero universos, tot gentes, & tot urbes, deserta caussa a te superari. Hoc enim si fiat, non dextram, ut apud vos, sed linguam abscindi, justum fuerit. Utrum vero finiri nobis oportet numerum amicarum actionum ; an quo plures quis proferendas habuerit, tanto ad victoriam videbitur instructior? TOX. Nequaquam.

ϗ μέτροις ῥαψῳδῆντας. ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι, τ καθ' ἡμᾶς αὐτούς, ϗ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲ τὰ Σκυθικά, σὺ δὲ τὰ Ἑλληνικά· ϗ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, ϗ ἀμείνους ᾠδήσῃ τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, ϗ τ αὐτοῦ ἀναχηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα ϗ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τ δεξιὰν, ὅπερ τ Σκυθικῆς βαρύτιμόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου φίλου κεκρίσθαι, ϗ ταῦτα Ἕλλην, Σκύθης αὐτὸς ὤν.

ΜΝΗΣ. Ἔστι μὲ, ὦ Τόξαρι, ϗ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμιστῇ μονομαχῆσαι, πάνυ εὐστόχως ϗ τεθηγμένως παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους· ϗ μὴν ἀγενῶς γε οὕτω καὶ ἀπροδοὺς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, συγχωρήσομαί σοι. ϗ γὰρ ἂν εἴη πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲ ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσούτους τ Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, ϗ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα ἐξετραγῴδησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαύτα ἔθνη, ϗ τοσαύτας πόλεις ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, ϗ τ δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τ γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν· πότερον δὲ ὡρίσθαι χρὴ τ ἀριθμὸν ἡμῖν τ φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ ὁπόσῳ ἄν τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τ νίκην; ΤΟΞ. Οὐ-

f Διηγησάμενοι] Διηγησώμεθα P. & marg. *A B W.*

in nota sua, casu ne, an quod sic legendum duxerit, nescio, ego quidem sic mallem ; sed in ista diphtongo tam saepe variant Codd. & Edd. ut nihil certi statuere ausis : quum vero ἰταμία frequentius atque usitatius sit, hoc praeferrem. *J. F. R.*

30. Τὴν αὐτοῦ] Subintellige πατρίδα. Interpres νίκῳ subaudit, quod non placet. F. G.

34. Σκυθικῆς] An ἥττης ; seu potius, ὅπερ τοῖς Σκύθαις ἥττης ἐπιτιμιόν ἐστι. F. G.

Ibid. Ἐπιτίμιον] Conf. supra Μισ. c. 4. med. Ὀρχ. c. 4. Infra Διαβ. §. 26. & Κρον. c. 4. a. m. *M. du S.*

39. Τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους] Illud παρεσκευασμ. Cl. *Jens.* iis praeteritis passivis adnumerat, quae pro activis ponuntur ; vid. ejus not. ad *Tyrannicid.* c. 12. No. 24. vertitque, *paratam habenti orationem.* Sed pace illius dixerim, non video cur passiva significatio non maneat, & sit : *instructo orationem*, sive ad orationem, usitatissimo Graecismo. Τεθηγμένοι λόγοι vero sunt verba teli instar acuta & penetrantia, veluti de fulmine τεθηγμένος κεραυνὸς Noster supra T. I. *Tim.* §. 19. f. Alibi quae ad animi affectum movendum valent, ut T. II. *de Salt.* c. 72. Θήγουσα τὴν ψυχήν. *J. F. R.*

48. Ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι] *Estre condamné par defaut.* F. G.

Οὐδαμῶς. ἀλλ' ὡρίσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ [a] τομώτεραι Φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσαι τὸ ἀριθμὸν ὄσαι· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι [b] τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. [c] πέντε ἐμοί γε δοκοῦσιν [d] ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Καὶμοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, καὶ πάνυ χαλεπόν, καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐκ ὄσιον ἀπιστεῖν. [e] ΜΝΗΣ. Ὀμόμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκοις δεῖν νομίζεις. [f] τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. Καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸ πατρῷον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ.

ΜΝΗΣ. Ἰτω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἢ μὴν ὁπόσα ἂν λέγω πρὸς σέ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρ' ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυθανόμενος, ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ὑποτραγῳδῶν. καὶ πρώτιστα γέ σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου Φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γοῦν ὅτος ὁ Σάμιος ὁ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄρτος μὲν ἐς φιλίαν ὡς ἔδειξε,

Sed definitum *hoc* esto, ne in multitudine earum insit robur, sed *in eo* quae sint praestantiores: & si penetrabiliores tuae *narrationes tanquam tela* meis, aequales licet numero, graviora nempe facient mihi vulnera, eoque celerius plagis concedam. MNES. Recte dicis: & finiantur, quot satis sint. Quinque mihi quidem unicuique videntur *sufficere*. TOX. Et mihi videtur. Dic prior, sed jurato prius, te vera dicturum. Alioquin enim fingere talia non admodum difficile, & convincendi obscura ratio. Si vero juraveris, fidem negare irreligiosum fuerit. MNES. Juremus, si quid opus esse jurato arbitraris. Quis vero tibi Deorum nostrorum —— num idoneus est Philius. TOX. Sane. Ego autem patrium tibi in mea oratione jurabo *jusjurandum*.

12. MNES. Audiat igitur Jupiter Philius, me, quaecumque ad te dixero, aut, quae ipse sciam, dicturum, aut quae ab aliis quanta fieri potuit cura exquisiverim, neque quidquam tragicae fabulositatis additurum. Ac primum Agathoclis & Diniae amicitiam enarrabo, decantatam inter Iones. Nempe Agathocles hic Samius non diu est ocum vixit, amicitiae quidem causſa, ut osten-

a Τομώτεραι — σαὶ] Τιμώτεραι male P. Sed pro σαὶ, σὴ Ex. *Fl.* Vulgatae adstipulatur P. b Τὰ] Non adest artic. in *Fl.* c Πέντε] Persona ΤΟΞ. ante πέντε erat in Edd. quam *Gronovii* monitu sustuli, & uno versu serius, ubi ΜΝΗΣ. legebatur, collocavi. nec erat ΤΟΞ. in *Fl.* d Ἑκατέρῳ] Ἑκατέρως *Fl.* Nil mut. cett. nec P. e ΜΝΗΣ.] ΤΟΞ. Edd. Excepta *Fl.* quae ΜΝΗΣ. f Τίς] ΜΗΝΣ. τίς Edd. demta *Fl.* itaque personae nomen & hic sustulimus.

59. Ἐνδώσω] Vid. notam Cl. *Jensii* ad §. 1. ubi hoc verbum contra pristinum Interpretem explicat. Et I. *Ver. Hist.* c. 29. *Hermot.* c. 24. &c. *J.F.R.*

61. Ἱκαναί. πέντε ἐμοί γε δοκ. ἱκ. ΤΟΞ.] Ita uti emendare jusserat Vir Celeberrimus, Ed. *Fl.* *M.du S.*

62. ΤΟΞ. Καὶμοὶ] Turbatus est ordo colloquentium, qui sic constituendus est. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. πέντε ἐμοί γε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Καὶμοὶ δοκεῖ. πρότερος δὲ λέγε. &c. dein post οὐκ ὄσιον ἀπιστεῖν. ΜΝΗΣ. Ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκοις δεῖν νομίζεις; τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ut haec ultima omnia Mnesippo tribuantur. Nam cum Mnesippus prior narrare incipiat, non possunt illa verba πρότερος λέγε Mnesippo convenire. *J.G.G.*

68. Τίς δέ σοι] Sermo confusus, pro τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ Φίλιος; *F.G.*

69. Θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς] Mallem Θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ Φ. In *Fl.* deest ἆρ' ἱκανός. *M.du S.*

78. Ἀγαθοκ. — Δ.] Vera an ficta haec sint, quamvis jusjurandum interceſſerit, vix dixeris, cujus tamen temporis sint aut fingantur, ostendunt nonnulla. Vide c. 17. 18. 32. & 33. Aetatis nempe Lucianeae. *M.du S.*

79. Οὐ πρὸ πολλοῦ] Lucianum exempla amicitiae relaturum ordiri ab eo quod novissime contigerat, & inde retrogredi ad antiquiora; atque eodem modo narrationem instituisse ab Apostolo, in *Act.* V. 36. 37. unde cum Josepho conciliari queat, vide monentem Cl. *L. Bos* in Act. Apost. p. 77. quem Cl. *Hemsterhusii* admonitu consului, inferere haud adeo necessarium existimavi. *J.F.R.*

83. Δωσίωνος] Ita hic Edd. Infra vero fin. c. 15. Δω-

oſtendit, praeſtantiſſimus, caeterum vulgo Samiorum nihil melior, neque genere, neque copiis aliis: Diniae autem Lyſionis F. Epheſio amicus a pueris inde fuerat. Dives erat Dinias ultra fidem, & quod facile credas, de homine divitias nuper demum nacto, multos quoque alios circa ſe habebat, ad compotandum quidem idoneos, & voluptatem ſuo convictu parandam, ab amicitia autem tantum, quantum eſt maximum, remotos. Adhuc quidem igitur in hiſce numerari etiam Agathocles, & una eſſe, & una potare, quamquam non valde illa conſuetudine gauderet. Dinias etiam nihilo majore illum in pretio habere, quam adulatores. Tandem etiam offenſus eſt, quod crebro illum reprehenderet, & importunus viſus, qui majorum illum admoneret ſuorum, & ſervare juberet quae multo labore parta pater ipſi reliquiſſet. Itaque propter iſta neque ad comiſſationes amplius illum adhibuit, ſed ſolus cum iſtis potavit, ſubducereque ſe Agathocli ſtuduit.

13. Jamque ab adulatoribus illis perſuaderi *aliquando* ſibi miſer patitur, amore ipſius accenſam Charicleam Demonactis uxorem, clariſſimi viri, & in civitate Epheſiorum primi. Jamque ventitant illi a

τἄλλα δὲ ὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τ̃ πολλῶν, ὅτε ἐς τὸ γένος, ὅτε ἐς [g] τ̀ ἄλλην πᾶσαν εὐσίαν. Δεινίᾳ δὲ τῷ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δεινίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲ συμπιεῖν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, φιλίας δὲ πλεῖστον ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲ ὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξητάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, ὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ· καὶ ὁ Δεινίας ὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τ̃ κολάκων· τελευταῖον δὲ καὶ προσέκρουε, τὰ πολλὰ ὀπιτιμῶν. καὶ Φορμίκος [h] ἐδόκει, κωμιμήσκων καὶ τ̃ προγόνων, καὶ φυλάττειν ἀδιαγγέλλων, ἃ μὴ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κλησάμενος κατέλιπεν· ὥστε διὰ ταῦτα ὐδὲ ὀπὶ τὺς κώμους [i] ἐπῆγεν ἔτι αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος ἴμετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τ̃ Ἀγαθοκλέα.

13. Καὶ δή ποτε κατὰ τ̃ κολάκων ἐκείνων [k] ὁ ἄθλιος ἀναπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτῆ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ὀπιφανῦς, καὶ πρώτυ Ἐφεσίων τὰ [l] πολίτικά· καὶ [m] γραμματεῖα τε εἰσεφοίτα παρὰ τ̃ γυ-

[g] Τὴν ἄλλην] Τῶν ἄλλων L. [h] Ἐδόκει] Ἐδόκει male Fl. [i] Ἐπῆγεν] Sic Edd. & P. Ἀπῆγεν Ex. Fl. & marg. A1. [k] Ὁ] Non adeſt artic. in Fl. [l] Πολίτικὰ] Πολεμικὰ P. & marg. A1. [m] Γραμματεῖα] Sic P. & L. cum marg. A1. Γραμματία Edd.

Λύσωνος exhibent eaedem. Sed quum probabile ſit eumdem eſſe, alterutrum erit corrigendum. Utrum autem rectius, dicere non habeo. Priſca verſio utroque loco *Lyſionis* dedit. Clar. *Geſn.* hic *Lyſionis*, illic *Lyſonis* ſervavit. Fruſtra adhuc apud alios quaeſivi, nec tempus patitur ulterius inveſtigare. Nec inter nobilia amicorum paria refertur ab *Cicerone in Amicit.* nec in Offic. Ait autem *de Amic.* c. 4. *ex omnibus ſaeculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere ſperare videor Scipionis & Laelii amicitiam notam poſteritati fore. Plutarch.* περὶ πολυφιλ. p. m. 93. quinque paria enumerat, *Theſeum & Pirithoum, Achillem & Patroclum, Oreſten & Pyladem, Pythiam & Damonem, Epaminondam & Pelopidam.* De Dinia Lyſonis aut Lyſionis nihil. *J. F. R.*

85. Νεόπλουτον] Conf. ſupra *Tim.* §. 7. ubi *repente dives* vertitur, ac *Solanum* notantem, tamen mox indicari paterna bona fuiſſe. Hic autem in *Tox.* eodem modo uſurpari. *J. F. R.*

91. Καὶ ὁ Δεινίας — κολάκων] Additamentum videtur, quod auctoris ſententiae contrarium eſt. *F. G.*

99. Ἀλλὰ — ἐκώμαζε] Et hoc ſubditicium videtur. *F. G.*

4. Χαρίκλεια] Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in *Plut.* & ap. *Cic.* pro M. Coelio. *G. C.*

7. Γραμματεῖα] *Solanus* γραμματεῖα correxerat in *J.* Obſecundavi, quia duo Codd. ſic habent; verum quia & alterum bonum, ac poſtea c. 14. γραμμάτια legitur, nihil etiam hic mutaſſem. Adde c. 16. iterum γραμματεῖα eſt in iisd. Codd. quamvis ideo non negem, variandi ſtili cauſſa utrumque potuiſſe ſcribere Lucianum. *Alciphr.* loco mox adducendo γραμμα-

γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ὑπὲρ τοῖς νέοις μηχανῶνται, μικρὸν αὐτοῖς ὑπιτεχνώμεναι τὰς ἐρωτας, καὶ ἀναφλέγουσαι τὸ πρῶτον ἐρᾶν νομίζοντας. ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄχρις ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἦν Χαρίκλεια δὲ ἥν ἀστεῖον μὲ γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως, καὶ τῷ προστυχόντι ἀεί, καὶ εἴ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις, καὶ εἴ προσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπένευε, καὶ δέους οὐδὲν ἦν, μή σοι ἀντείποι Χαρίκλεια. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις, παρ' [a] ἣν τινα βάλλει τῶν ἑταιρῶν ὑπισπάσασθαι ἐραστήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ὑπιτεῖναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ. καὶ μετὰ μικρὸν ὑφροψίᾳ, καὶ [b] τῷ πρὸς ἕτερον ἀπο-

muliere codicilli, & coronae semimarcidulae, & mala quaedam demorsa, & alia quae machinantur contra adolescentulos lenae, dum paullatim suis artificiis amores illis instruunt, & accendunt ultro amari se putantes. Maxime enim hoc ad illiciendum valet apud eos praesertim, qui pulchri sibi videntur, dum imprudentes in retia incidant. Erat autem Chariclea muliercula haud illepida, sed supra modum meretrix, quae ejus semper esset, in quem forte incideret, etiam si parvo admodum *amare* quis vellet: & si quis adspiceret modo, innuebat statim, nec unquam metus, ne forte Chariclea repugnaret. Erat etiam alioquin mira artifex, supra quamvis meretricem, alliciendi amatorem, & ambiguus qui adhuc esset, subjugandi totum, & qui jam teneretur intendendi, & magis accendendi nunc ira, nunc adulatione, & paullo post fastidio, & simulata ad alium inclinatione: ac

a Ἣν] Sic recte *Fl. P. S.* &c. ἣν *J.* male. b Τῷ] Τὸ male *Fl.*

μαστίδια dicit; sed res est parvi. *J.F.R.*

8. Καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι] Martialis: *A te vexatas male tenere rosas. AE.M.* in addend. Ed. *Graev.* Idem notarat *Gujet.* *J.F.R.*

Ibid. Καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα] Ex hoc loco lux affulget *Theocrito* in Cyclope, ubi de violento ejus in Galateam amore, sic ait,

Ἤρατο δ' ὅτε ῥόδοις ὑ μάλοις ὅτε κικίννας,
Ἀλλ' ἁλοκαῖς μανίαις.

Scilicet poma morsibus amasiarum lancinata amantibus data favoris erat & amoris indicium. *J.P.a G.*

Καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα] Praeterea mala erant Veneri sacrata. Quod pluribus agit *Moll.* ad *Long. Past.* I. p. 19. Adde *Alciphr.* III. Ep. 62. p. 430. Καὶ παρὰ τούτων γραμματίδια ὀσημέραι φοιτᾷ — καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι, καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα. Quae Lucianeis plane conveniunt. Ac *Bergl* ad I. Ep. 37. p. 167. Immo credebatur vis fascinans ad amorem conciliandum inesse his pomis admorsis. Rev. *Jac. Elsner.* ad Apocalyps. XVIII. 14. recte quidem p. 464. ait, poma amoris Venerei symbola & pignora fuisse; sed quando ex hoc Luciani loco demonstratum it, *& petere sese malis solitos amantes*, non videtur attenta mente legisse verba Luciani: quin sic potius testem adduxisset *Virg.* Ecl. III. 64. *Malo me Galatea petit lasciva puella.* *J.F.R.*

10. Μαστροποὶ] Habuimus idem supra, *Amor.* c. 16. med. *M. du S.*

14. Ἄχρις] Negat *Phrynich.* p. 6. ἄχρις & μίχρις Attice recte dici, pro ἄχρι, μίχρι. Falso; si item in Luciano semper ἄχρι, etiam sequente vocali rescribere velis. Licet enim apud *Thucyd.* qui hiatus adfectat, non inveniantur cum σ. Et ap. *Homer.* in locis a *Nunnesio* ad Phrynich. adductis ex Iliad. Δ. & Π. ἄχρις significet *omnino*; tamen apud Lucian. bene se habet ἄχρις. Et sic supra *Tim.* §. 24. ἄχρις ἂν λάβω. Iterum ibid. §. 30. & *Hermot.* §. 29. f. ἄχρις ἂν ὑφωμαν. *Alciphr.* I. Ep. 23. p. 96. ἄχρις ὃ τ' ὑφετὸν — διεδέξατο. *Herodian.* 2. 6. 22. μίχρις αὖραττον. *Epict.* Man. c. 14. p. 22. μίχρις ἂν γένηται. Lucian. *Dial. mort.* XII. post med. μίχρις Ἰδῶν. *Amor.* c. 25. μίχρις ἡλικίας, & sic ubique, sequente vocali. At significatio τῶ *omnino* non tantum differt ab *usque*, *donec*, quin facile concilietur ex Il. P. 599. — γράψαν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις Αἰχμὴ Πηλιάδαο ἀνακτος ὁ γὰρ ῥ' ἕλασε χαλκὸν ἐνθών. Ubi *Scholiast.* γράψαν interpretatur ἐπίξεσεν. Ἄχρις vero, ἕως τέλους. *J.F.R.*

18. Καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις] Erasmus: *etiamsi quis admodum leviter concupivisset.* Benedictus: *etiamsi vel minimum concupivisset.* Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem ejus redimeret. Itaque verte, *etiamsi vel exiguo quis vellet*, etiamsi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur solvere. Innuit ipsam non minus oblectatam Venere, quam adolescentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo parvum quid vellet impendere. *J.G.*

27. Συγ-

ac tota undique *ad haec* composita erat mulier, multasque paraverat ad amatores machinas.

14. Hanc ergo tum adsciscunt Diniae adulatores contra adolescentem, & ut secundarum partium actores subserviunt, in Charicleae illum amorem impellentes. Illa vero, quae multos jam adolescentes supplantaverat, & mille amores simulaverat, & domus opulentas everterat, multiplex quoddam & subactum longa exercitatione infortunium; haec igitur nacta intra manus suas simplicem & imperitum talium artificiorum juvenem, non dimisit ex unguibus, sed complexa undique & configens, cum jam ex omni parte illum teneret, & ipsa a sua praeda periit, & misero Diniae mille malorum caussa fuit. Nam primo statim illos demittit in eum *hami instar* codicillos, & allegatam subinde ancillam, ut

κλίνειν δοκεῖν, καὶ ὅλη [c] συγκεκρότηλο ἀπανταχόθεν ἡ γυνή, καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο τῇ ἐρασθῆν.

Ταύτῃ οὖν τότε οἱ Δινίου κόλακες παραλαμβάνουσιν ὅλῃ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκωμῴδουν, συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὰ ἐρώτα τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, καὶ μυρίους ἐρῶτας ὑποχειριαμένη, καὶ οἴκους πολυπλούτους ἀνατρέψασα, ποικίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, προβεβλημένη εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ περιέχουσα πανταχόθεν, καὶ ἀμφιπείρασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκράτει, αὐτή τε [d] ἀπώλετο σὺν τῷ ἄγρᾳ, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον εὐθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ [e] γραμμάτια, καὶ συνεχῶς πεμπομένη [f]

[c] Συγκεκρότηλο] Συγκρ. *J. H.* & *Fr.* male. Prius *P. S. Fl.* aliaeque recte. [d] Ἀπώλετο] Ἀπόλυτο *Fl.* [e] Γραμμάτια] Γράμματα P. & marg. *AIW.* Nil mutant ceteri, nec Edd.

34. Ἐκτραχηλίσασα] Τὸ ὡς τῇ συνηθείᾳ παιζόμενον ἐκδιφίσαι. *V.*

[f] Ἐκδιφίσαι] Sic *Solanus* correxit, quum ante editum legeretur *ἐκδίφασα.*

39. Ἐκ τῶν ὀνύχων] Ὡς ἐπὶ ἄγρας ἰχθύων ἢ ἀετῶν μετελθὼν τὸ † λόγον. *V.*

† Λόγον] Κέντρον C. mendose.

27. Συγκεκρότηλο] Vide iterum p. 642. *M. V. la Croze.* (i. e. *Symposi.* c. 18. 19. ubi bis occurrit, in ἀνάπαυσιν συγκροτῶν, & ὁ Ἀλκιβίαδης ὑπὸ συγκεκροτημένης ἀνθρωπίνης καλαγωνιδείας.) *J. F. R.*

Συγκεκρότηλο] Invitus eadem saepe repeto. Sed necessitas jubet; quia alii haec toties corrigere volunt. Adscripserat enim *Solanus*, συνεκκρότηλο legendum atque edendum; quia scilicet infra, *Gall.* c. 12. post med. συνεκροτεῖτο legas. Verum in temporibus plusquamperf. omissionem esse frequentissimam, jam notavi supra, *pro Imag.* §. 3. ad κέκρυπλο. *J. F. R.*

32. Ὑπεκωμῴδουν] Id est, *deridentes fingebant. F. G.*

34. Ἐκτραχηλίσασα] Ἐκτραχηλίζειν τὴν νεότητα. Perdere juventutem. *Plutarch.* de liberis educandis. *AE. M.* in addendis Ed. *Graev.* Sed hoc Plutarchi, non addito loco, vel Scapula in Lexico habet. Notavit eadem totidem verbis *Gujetus.* *J. F. R.*

40. Διαπείσασα] Ad *ungues* refero hoc verbum, quibus *configunt* rapaces bestiae praedam, ne effugere facile possit. Alioqui, nisi modo facta esset ὀνύχων mentio, *hamos* imaginari liceret. Noster supra Ἀγκ. c. 51. ἀμφιπείρᾳ, *hamo trajectus est*: idque eo magis placeret, quia statim utitur verbo καθίησι, de quo nota proxima. *J. M. G.*

45. Γραμμάτια] Supra pr. c. 13. & infra c. 16. γραμματεῖα correxerat *Solanus*, ex Codd. Hic nihil mutavit. Quare aut γράμματα recipiendum, aut γραμματεῖα similiter ut aliis locis scribendum. Sed quia id incertum, nihil hic mutavi. *J. F. R.*

Ibid. Καὶ συνεχῶς πεμπομένη] Nominativus πεμπομένη postulat verbum finitum, cujus Charicles subjectum sit: quod adest nullum. Porro πεμπομένη activa significatione posse poni, mihi quidem non constat. Utrique rei medebimur, si levissima mutatione, quae ex calligraphorum ratione, η & ν jungendi, facilius potest intelligi, legamus πεμπομένῳ τὴν ἄκρᾳ, & ad καθίει referamus, quod piscatorium esse & ad hamum pertinere, vel nostri Luciani piscator satis docet, in cujus fine aliquoties eo sic utitur. Hoc igitur interpretando secuti sumus, & *binas* quasi escas, binos hamos, dedimus, hinc codicillos, hinc ancillam. *J. M. G.*

τ' ἄβραν, ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς ἀπάγξεται ἑαυτῇ ἡ ἀθλία ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, καὶ ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ θεσπόθητος. καὶ ὡς συνηνέχθη πολλὰ ἱκετευθείς.

lacrimetur, & vigilet, tandem ut ſuſpenſura ſe ſit prae amore miſera; donec perſuaſum eſt beatulo, pulchrum eſſe, & Epheſiorum uxoribus expetitum. Ac tandem multis precibus exoratus *cum ea* congreditur.

15. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἁλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονήν τε ὁμιλῆσαι ὀπισταμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσαι, καὶ μέλαξυ τὸ λόγων ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη λαβέσθαι, καὶ εἰσελθόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε, καὶ που καὶ ᾆσαι, καὶ κιθαρίσαι· οἷς ἅπασι χρῆται τῇ Δεινίᾳ ἐκέχρηστο. καὶ ἐπεὶ ἤσθετο πονήρως ἔχοντα, καὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ ταχέως γεγενημένον, ἄλλο ὀπὶ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸ ἄθλιον ἀπώλλυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται. ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, βλάκα ἐρασθὴν προσεκπυρῶσαι. καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπὸ τἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸ ἔρωτος· ὁ δ' ὑκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρῶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, καὶ τοὺς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τὄνομα τῆς Χαριξικλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα προβαλὼν

15. Et hinc jam facile, ut apparet, fuit illum expugnari a pulchra muliere, quae ſciret ad voluptatem attemperare ſuos ſermones, & plorare opportune, & *inter* ſermones miſerabiliter ingemiſcere, & abeuntem jam complecti, & ingredienti occurrere, & eum ornatum adhibere, quo maxime placeret, & interdum canere etiam, ac citharam pulſare, quibus illa omnibus adverſus Diniam uſa eſt. Et cum ſentiret jam illum laborare, & maceratum ab amore mollitumque eſſe, aliud inſuper excogitat, quo perderet miſerum, nempe uterum ſe etiam ex illo gerere: valet autem hoc etiam, ad ſtolidum amatorem magis accendendum: nec amplius ad illum ventitat, cuſtodiri ſe a viro dicens, qui audierit de amore. At ille rem non ferre, neque pati poſſe, quod non videret illam, ſed lacrimari, & intro mittere adulatores, & nomen Charicleae inclamare, ejusque ſtatuam, (de candido marmore

a Καὶ] Abeſt a *Fl.* b Τὸ ἐντεῦθεν] Sic *Fl. P. Teut.* . . . junctim plurimae. c Ὑπὸ τ'] Sic *P.* Ὑπό τ' *J. Fl. Fr. H. V2. B2. S.*

61. Διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι] Ridicule interpres uterque *jamque amore illaqueatum*, quaſi nunc βρόχος in mentem fuerit Luciano. Verte *madefactum ac merſum amore*. Et quaeſo cur nunc aliter conſiderant, quam in Bis accuſato. ὁ γὰρ τάλας ἦν διάβροχος τῇ μοίθῃ. *J. G.*

Ibid. Ταχέως] Conf. ſupra *Amor.* c. 3. Ibique ex *Alciphr.* addita, ex quo rurſus alium locum hic addam, qui eſt L. III. p. 410. Ζηκερράτης δὲ ὁ Ἐπικούρειος τὸν ψάλτριαν ὡς αὐτὸν ἐπηγκαλίζετο, ταχέως ἐ ὑγρὸν προσβλέπων ὑπομιμνύσκει τοῖς ὄμμασι. *J. F. R.*

65. Καὶ οὐκ ἔτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπό τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸ ἔρωτα] Leve mendum in his latet. Pro illo τ' eſt vel τῆ ſcribendum: nullum enim hic iſta copula locum habet. Chariclea ubi Dinian amore ſui jam infatuarat, *haud amplius*, quod ante ſolita fuerat, *ad eum veniebat, dicens ſe prohiberi a viro, qui de amore illo audiviſſet.* Vel Attice legendum ὑπὸ τἀνδρὸς pro ὑπὸ τῆ ἀνδρός. *J. J.*

66. Ὑπὸ τἀνδρὸς] Quod Cl. *Jenſ.* ſuſpicatus eſt, id *Pariſ.* Ed. habet, ſed ὑπὸ τ' ἀνδρὸς, ita ut ex accentu praepoſitionis videre liceret, non particulam τι, ſed articulum intelligendum; quare ſpiritum tantum ſuſtulimus, ut propius jungeretur. *J. F. R.*

74. Ἐκυλίνδετο] Sic ſupra Θ. Δ. VI. m. *M. du S.*

76. Σωροικίαις] *Inſulae.* Nimirum tales *inſulas* ſive conjuncta aedificia intelligit, quales *Suetos.* Caeſ. c. 41. *Recenſum populi — vicatim per dominos inſularum egit*; ubi vid. Interpretes; plura enim in re vulgari congerere non lubet. *J. F. R.*

80. Ἐξεκεκώφωτο] P. & L. recte. In reliquis ἐξεκέκωφωτο. *M. du S.*

Ἐξεκεκώφωτο] Dandum hoc *Solano* ac Mſſ. duobus probae notae exiſtimavi, ut jam augmentum adderem, quod Edd. non adgnoſcebant; alioqui, ſi modo unus Cod. habuiſſet, non addidiſſem. Vid. ſupra ad συρ-

more facta erat) amplectens ejulare. Tandem humi se abjiciens volvitur, resque in confessum furorem exit. Dona enim non pro portione malorum & corollarum illi reddebantur, sed aedes totae, & agri, & servae, & vestes floridae, & auri, quantum vellet. Et quid multa? Brevi tempore Lysonis domus nobilissima per Ioniam quae fuerat, exhausta jam & vacuefacta erat.

16. Deinde cum jam siccus ille & aridus esset, eo relicto, alium quendam Cretensem juvenem, de auratis illis, venata, ad illum transiit: & illum jam amabat, & ille *amari se* credebat. Dinias igitur, neglectus jam non a Chariclea solum, sed etiam ab adulatoribus; nam hi quoque jam ad Cretensem illum amasium transierant, venit ad Agathoclem, qui jam diu sciret, quam malo loco res ipsius essent; ac primum non sine pudore, enarrat tamen omnia, amorem, indigentiam, superbiam mulieris, rivalem Cretensem, & denique se vivere non posse, nisi esset cum Chariclea. At ille intempestivum ratus eo tempore exprobrare, quod solum se amicum non admisisset, sed praetulisset sibi adula-

αὐτῆς (ἐπεποίηλο δὲ λίθυ λευκῆ) ἐκώκυε, καὶ τέλος καλαβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τὴν ἄδαφος ἐκυλίνδελο, καὶ λύπλα ἦν ἀκριβὴς τὸ πρᾶγμα. τὰ μὲν γὰρ δῶρα, ὡ χτὶ μῆλα καὶ στεφάνυς ἀντεδίδολο αὐτῇ, ἀλλὰ συνοικίαι ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸν ὁπόσον [d] ἐθελήσειε. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ ὁ [e] Λύσων οἶκος ὀνομαςότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος, ἐξήντληλο ἤδη, καὶ [f] ἐξεκενέωλο.

Εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀπολιπὼν αὐτὸν, [g] ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν [h] ὑποχρύσων ἐθήρα, καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον, καὶ ἦρα ἤδη αὐτῷ, καὶ ἐφίλει. ἀμελύμενος δ' ὑπ' ὁ Δεινίας, οὐχ ὑπὸ τῆς Χαρικλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων, καὶ γὰρ οὗτοι ὅτι τὸν Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον μεθεληλύθεσαν, ἤρχετο καὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ [i] πάλαι εἰδότα ὡς ἔχοι πονηρῶς τὰ πράγματα αὐτῷ. καὶ αἰδύμενος τὸ πρῶτον, ὅμως [k] διηγεῖτο πάντα, τὸν ἔρωτα, τὴν ἀπορίαν, τὴν ὑπεροψίαν τῆς γυναικὸς, τὸν ἀντεραςὴν τὸν Κρῆτα, καὶ τέλος, ὡς ἐ βιώσειε μὴ ἐχὶ συνὼν τῇ Χαρικλείᾳ. ὁ δὲ ἄκαιρον εἶναι νομίσας ἐν τούτῳ ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ, διότι ὐ προσίελο μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τὺς κόλακας αὐτῆ προσ-

d Ἐθελήσειε] Ἐθελήσει Ex. *Fl.* Nil mut. Edd. nec P. e Λύσων] Ita jam Edd. cum supra Λυσίων habent. f Ἐξεκενέωλο] Sic L. & P. Ἐξεκένωλο Edd. g Ἄλλον] Ἄλλων male *J.* & *Fl.* h Ὑποχρύσων] Constans Edd. lectio. Nec ex Codd. varietat. notatam invenio. i Πάλαι] Πάνυ *Fl.* k Διηγεῖτο] Διηγεῖτο male *Fl.*

συγκεκρότηλο c. 13. f. *J.F.R.*

81. Ὡς ἤδη αὖος ἦν] Praeclare illustrat hanc formulam *Kusterus* ad Aristoph. Θεσμοφ. 853. Sed nondum tamen persuasit ibi pro Ἰλλὰς γεγένημαι προσδοκῶν legendum esse αὖος. Interrogat, quis unquam vel legit vel audivit aliquem expectando *Strabum* factum fuisse? Non lubet interrogare, quis siccus factus sit expectando, vel mortuus adeo? Sed, Annon solent qui exspectant, quod ipsum verbum Latinum indicat, frequenter versus illum locum spectare, unde venturum putant, quem cupiunt? Nonne conversis diu nimis in unum locum oculis (ut illa apud Horatium mater *Curvo nec faciem litore demovet*) metus est, ne quis strabus fiat? Alia jam praetermitto, quae nihil ad Lucianum: & ne haec quidem. *J.M.G.*

Ibid. Αὖος ἦν] Conf. supra T. I. *Tim.* c. 8. m. Et *Mer. Dial.* XIV. pr. *M. du S.*

Αὖος ἦν] Nota est metaphora de iis qui bona profudere, aut quem assentatores ac meretrices exederunt, vel potius ebiberunt, unde vulgatum illud Horatianum: *Diffugiunt cadis cum face siccatis Amici.* De paupere ac famelico *Alciphr.* III. Ep. 4. p. 282. ὡς τὸν ἐγώ σοι αὖον ὑπὸ λιμοῦ ὃ αὐχμηρὸς. Sed & *αὖον mutum prae metu* ap. *Suid.* & *Joseph.* esse docet *L. Bos* Animadv. ad *Suid.* c. 35. p. 145. *J.F.R.*

82. Ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑποχρύσων, ἰθήρα] *Alium quendam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est.* ὑπόχρυσος est ad auri colorem accedens, subaureus, ut sic dicam. ut paullo inferius ὑπόχρως subpallidus, non convenit pecunioso juveni hoc verbum. Videtur litteris transpositis scripsisse Lucianus τῶν πολυχρύσων. *J.G.G.*

96. Μόνον αὐτὸν τῶν φίλων] Non ausim severe damnare hanc lectionem: potest enim τῶν φίλων latitudinem

προετίμα, [a] τότε, ἣν μόνην εἶχε παλαιὰν οἰκίαν ἐν Σάμῳ, ἀπεμπολήσας, ἦκεν αὐτῷ τὴν τιμὴν νομίζων τρία τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ Δεινίας οὐκ ἀφανὴς εὐθὺς ἦν τῇ Χαριτλείᾳ, καλός πως αὖθις γεγενημένος· ἡ αὖθις ἡ ἄδρα, ἡ τὰ [b] γραμματεῖα, ἡ μέμψις, ὅτι μὴ πολλῷ χρόνῳ ἀφίκετο, ἡ οἱ κόλακες συνέθεον, [c] ἐπικαλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι ὄντα τὸν Δεινίαν.

Ὡς δὲ ὑπέσχετο ἥξειν παρ' αὐτὴν, καὶ ἦκε περὶ [d] τὸ πρῶτον ὕπνον, ἡ ἔνδον ἦν, ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαριτλείας ἀνὴρ, εἴτε καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε καὶ ἀπὸ [e] συνθήματος τῆς γυναικὸς, ἄμφω γὰρ λέγεται, ἐπαναστὰς ὥσπερ ἐκ λόχου, τήν τε [f] αὐλίαν ἀποκλείειν ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δεινίαν, πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ἐπὶ μοιχὸν σπασάμενος. ὁ δὲ συνιδὼν ἓ κακῶν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον

tores. Tum vendita, quam ſolam habebat Sami, domo paterna, venit pretium illi ferens tria talenta. His acceptis Dinias jam non obſcurus eſſe Charicleae, pulcher quodammodo factus denuo: & rurſus ancilla, & codicilli, & reprehenſio, quod diu non veniſſet: adulatores etiam concurrere, facturi ſpicilegium, cum viderent, eſſe adhuc Diniam talem, quem comederent.

17. Cum autem venturum ſe ad illam condixiſſet, & veniſſet circa primam quietem, & intus eſſet, Demonax, Charicleae maritus, ſive temere illud ſenſerit, ſive re cum uxore compoſita, utrumque enim dicitur: conſurgens velut ex inſidiis claudi jubet januam aulae, & comprehendi Diniam, ignem minatus ac flagella, ſtrictoque velut in adulterum gladio. At ille videns quantis in malis eſſet, correpto veſti quo-

[a] Τότε] Sic etiam eſſe in *Fl.* notat *M. du S.* [b] Γραμματεῖα] Ita P. & L. Γραμματίδια Edd. [c] Ἐπικαλαμησόμ.] Sic emend. *Menag.* & ita *Fl.* Ἐπικαλαμησόμενοι ceterae & P. Ἐπιτιχασόμενοι marg. *Alw.* [d] Τὸ] Abeſt a *Fl.* [e] Συνθήματος] Συνθήκης P. & marg. *Al.* [f] Αὔλιον] Αὐλεῖον Edd. priores.

quandam habere, & eos etiam comprehendere, qui ſpecie tenus modo ſunt tales. Sed videtur tamen opponere ſibi invicem velle auctor τὸν φίλον, & τοὺς κόλακας, vehementius certe locutum eſſe, ſi ita dederit, nemo facile negaverit. Equidem ita interpretatus ſum. *J. M. G.*

4. Γραμματεῖα] P. & L. Reliqui vero ut ſupra γραμματίδια, prave. *M. du S.*

6. Ἐπικαλαμησόμενοι] Sic recte legitur in *Fl.* Ed. pro eo quod in reliquis eſt, & in ipſo P. ἐπικαλαμησόμενοι. *M. du S.*

Ἐπικαλαμησόμενοι] Si omnino legendum ſit ἐπικαλαμησόμενοι, ſignificabit, *manum admoturi operi ſuo*, h. e. denuo ad adulationem conſuetam olim rediturí; vel etiam ad *doloſam machinationem* referri poterit. Sed videtur *H. Stephanus* librum habuiſſe, in quo legeretur ἐπικαλαμησόμενοι (ita certe ſub hoc ipſo verbo laudat, & ait, male vulgo legi illud alterum ἐπικαλαμήσομενοι) Et ſane *ſpicilegii* ſignificatio multo commodius ad h. l. videtur applicari poſſe. Et video, idem placuiſſe *Solano.*, forte ex alio fonte. Certe ita interpretandum putavi; quidquid ſit de auctoritate utriusque verbi compoſiti, cujus notum ſimplex, ipſum adhuc ἅπαξ λεγόμενον, puto, in Lexicis. *J. M. G.*

Ἐπικαλαμησάμενοι] Ita omnino legendum videtur. In addend. Ed. *Graev.* *Æ. M.* Sic rurſus etiam ad verbum *Gujetus* in nott. Mſſ. *J. F. B.*

7. Ὁρῶντες ἐδώδιμον] Eraſmus hujus Dialogi Interpres lectorem ſæpe decipit. Verte igitur hunc locum ut *Godofredus Maluynus* Senator Clariſſimus monuit, *machinantes, ut viderunt in Dinia adhuc eſſe quod edi poſſet.* Sic Terent. Eunuch. *hunc comedendum & deridendum vobis propino.* Idem Maluynus *debibendum* legebat. *J. B.*

9. Ἔνδον ἦν ὁ Δημ.] Perperam haec antea interpunctata & verſa ſuo nitori reſtituimus. *M. du S.*

Θίας προσπλέουσιν ὑ πολὺ ἡ Καράμβεως ἀπέχουσα ἡ πόλις. εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης, ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. ἡμεῖς μὲν οὖν καλαγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμνὶ σκεψάμενοι, κἀκ τῶν πλοίων ἐς αὐτὴν μεταστευασάμενοι, ἠγοράζομεν, οὐδὲν πονηρὸν ὑφορώμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ κλῶπές τινες ἀναστάσαντες τὸ [a] κλεῖθρον ἐκφέρουσιν ἅπαντα, ὡς μηδὲ τὰ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρκέσοντα καταλιπεῖν. ἐπανελθόντες οὖν οἴκαδε, καὶ τὸ γεγονὸς μαθόντες, δικάζεσθαι μὲν τοῖς γείτοσι πολλοῖς οὖσιν, ἢ τῷ ξένῳ, οὐκ ἐδοκιμάζομεν, δεδιότες μὴ συκοφάνται δόξωμεν τοῖς πολλοῖς, λέγοντες, ὡς ὀφείλοι ἡμῖν τις Δαρεικοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ [b] τάπιδας τινὰς, καὶ τἄλλα ὁπόσα εἴχομεν.

Ἐσκοπούμεθα δὲ περὶ τῶν παρόντων ὅ, τι [c] πράξομεν, ἄποροι πανταπάσιν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ γενόμενοι· καὶ μοι ἔδοκει, ὡς εἶχον, αὐτῇ σθῆτι ἐς τὴν πλευρὰν τὴν ἀκινάκην ἀπελθεῖν τοῦ βίου, πρὶν ἀγεννές τι [d] πιεῖν ἢ φαγεῖν, λιμῷ ἢ δίψει τελευτῆσαι. ὁ δὲ Σισίννης παρεμυθεῖτο, καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν· αὐτὸς γὰρ ὀψωνήσειν ἔλεγεν, [e] ὅθεν ἐξομεν ἱκανῶς τὰς τροφάς· καὶ τότε μὲν ξύλα ἐκ τοῦ λιμνῶν παρεκόμισε, καὶ ἦκεν ἡμῖν ἐκ τοῦ μιαροῦ ὀψησόμενον. ἅμα δὲ περὶ ὄρθρον καὶ ἡ ἀγορὰ εἶδε πομπήν τινα, ὡς ἔφη, γενναίων καὶ καλῶν νεανίσκων· μονομαχεῖν δὲ ἔτοι ὑπὲρ μιαροῦ ἀν-

1 Scythia navigantibus haec urbs, Carambi non multum distans. Sequebatur me Sisinnes, meus a puero inde sodalis. Nos ergo diversorio ad portum quaesito, sarcinulisque de navi in illud translatis, nihil mali suspicati, in forum prodimus. Interea vero fures quidam claustris detractis omnia efferunt, ut nec tantum relinquerent, quantum in illum nobis diem sufficeret. Domum ergo reversis, audito quid factum esset, in jus vocare vicinos, qui multi essent, aut hospitem adeo, non placuit, veritis ne sycophantae plerisque videremur, si diceremus abstulisse nobis aliquem Daricos quadringentos, & vestem multam, & stragula quaedam, & quae habueramus reliqua.

58. Deliberabamus autem de praesenti conditione nostra, quid ageremus, inopes omnium rerum in regione peregrina facti. Ac mihi quidem videbatur, ut habebam, e vestigio adacto in latus acinace de vita abire prius, quam humile quidquam fame aut siti subigente admitterem. At Sisinnes consolans me supplicabat, ne quid tale facerem: se quippe excogitaturum aliquid dicebat, unde, quantum ad victum satis esset, haberemus. Ac tum quidem ligna de portu bajulavit, venitque comparatis de mercede cibis. Altero vero mane in foro circumiens videt pompam, ut dicebat, fortium & honestorum juvenum. Hi autem pecunia auctorati gla-

a Κλεῖθρον] Ex emend. *Solan.* Κλεῖτρον Edd. priores. b Τάπιδας] Δάπιδας *Fl.* c Πράξομεν] Constans Edd. lectio. d Πιεῖν ἢ] Πιεῖσα *Fl.* male. Πιεῖν ἢ *H2.* e Ὅθεν] Deest in *Fl.* Adest in cett. Edd. & P. f Ἔξομεν] Hoc verbum tamen & sic legi in *Fl.* notat *M. du S.*

1. Καράμβεως] Promontorium est Asiae, de quo vide *Strabonem* Lib. II. p. 124. &c. *M. du S.*

3. Ἡμεῖς μὲν οὖν καλαγωγήν τινα ἐπὶ τῷ λιμνὶ σκεψάμενοι, κἀκ τῶν πλοίων ἐς αὐτὴν μεταστευασάμενοι ἠγοράζομεν] Ad haec ita notavit Pater. Vertunt jam ab Erasmo *res quasdam importatas in portu spectassemus, in eumque è navi subduxissemus, emimus.* Immo καλαγωγή, καπάλυσις, παιδεῖον, ἔμπορα, quod sibi viderunt, conduxerunt, compararunt & eo farcinas deposuerunt ipsi ἠγοράζοντες, hoc est, in forum urbis profecti. *Hesych.* ἠγοράζειν, τὸ ἀγορᾷ χρῆσθαι. *Aristophanes* Ἀνησιφάτῃ pag. 860. Lugd. edit. Ἀγοράσω γ' ἐγὼ τοῖς ἵπποις ἔξω Ἀμεσγεῖτον. *Thucydides* lib. VI. pag. 214. Καὶ ἐσελθόντες ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν, ubi Scholiastes perinde ut *Hesychius* interpretatur. *Herodotus* Melpomene cap. 78. εἶχον δ' ἂν ταύτην Graecam vestem, ἠγόραζε. Et cap. 164. καὶ μιν Βαρκαῖοι τὸ ἄνδρες καλαμαῦται ἀγοράζουσι, πείθουσι. *Euterpe* cap. 35. Ἐν τοῖσι οἱ γυναῖκας ἀγοράζουσι ἐκ καπηλείου, etsi hic vertant *negotiantur.* (Adde Cl. *Salmas.* de Usur. p. 339.) *J. G.*

Ibid. Καλαγωγήν] *Sedem, diversoriolum.* *F. G.*

7. Ἀνα-

gladiatores, in tertium diem depugnaturi erant. Jamque omnia de illis uti se haberent percontatus, venit ad me, &, *Ne amplius*, inquit, *pauperem te, Toxari, dicito. Tertio enim abhinc die divitem te reddam.*

59. Haec dixit. Atque aegre interjecto tempore vitam tolerantes, instante jam spectaculo, spectamus ipsi quoque. Nam me etiam assumtum velut ad jucundum quoddam novumque spectaculum Graecum, ducit in theatrum. Jamque spectamus assidentes, primo bestias jaculis confici, & exagitari canibus, & in vinctos quosdam homines, maleficos, ut conjiciebamus, immitti. Ingressis autem gladiatoribus, cum procerum quendam juvenem producens praeco ediceret, qui cum hoc pugnare vellet, progrederetur in medium, pugnae pretium accepturus drachmas decies mille: hic surgit Sisinnes, ac cum desiliisset, pugnaturum se recipit, arma poscit, & mercedem acceptam, decies mille drachmas, ad me fert, & in manus mihi tradit: ac, *si quidem*, inquit, *vicero, Toxari, simul abimus, habituri quod satis est: sin vero cecidero, me sepulto ad Scythas revertere.* Ad haec plorabam equidem.

60. Verum ille arma capiens reliqua induit, galeam vero non imposuit, sed nudo capite consistens pugnavit. Ac primo quidem vulneratur ipse, curvato ense succisus

ὁμολογηθέντες, ἐς τρίτην ἡμέραν ἀγωνιεῖσθαι ἔμελλον. ἐγὼ δὴ τὰ πρῶτα ὡς εἶχεν ἀμφ' αὐτὸς ταραττόμενος, ἐλθὼν ὡς ἐμέ, μηκέτι, ὦ Τόξαρι, ἔφη, σαυτὸν πένητα λέγε, εἰς τρίτην ἡμέραν πλούσιόν σε ἀποφανῶ.

Ταῦτα εἰπὼν, ἐγὼ πονήρως τὸ μέλλον ἀποζήσαντες, ἐντὸς ἦδη τοῦ θεάτρου, εἰσιόμεθα ἐγὼ αὐτοί. προσγελάσας γάρ με ὡς ὅτι τερπνόν τι καὶ πρόσδοξον θέαμα τῶν Ἑλληνικῶν, ἄγει εἰς τὸ θέατρον· καὶ καθίσαντες ἐωρῶμεν, τὸ μὲν πρῶτον θηρία καλαχοντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διακόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τινὰς, ὡς εἰκάζομεν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον οἱ μονομάχοι, καί τινα προάγων ὁ κῆρυξ εὐμεγέθη νεανίσκον, εἶπεν, ὅστις ἂν ἐθέλῃ τούτῳ μονομαχῆσαι, ἥκειν εἰς τὸ μέσον, δραχμὰς λήψόμενος μυρίας, μισθὸν τοῦ μάχης, ἐνταῦθα ἐξανίσταται ὁ Σισίννης, καὶ καταπηδήσας ὑπέστη μαχεῖσθαι, καὶ τὰ ὅπλα ἤτει. καὶ τὸν μισθὸν λαβὼν, τὰς μυρίας, ἐμοὶ φέρων, ἐνεχείρισε· καὶ εἰ μὲν κρατήσαιμι, ὦ Τόξαρι, εἶπεν, ἅμα ἀπιμεν, ἔχοντες τὰ ὑπάρχοντα· ἢν δὲ πέσω, θάψας με συγχώρησον ὀπίσω εἰς Σκύθας. ἐγὼ μὲν ὅτι τούτοις ἐκώκυον.

Ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα, τὰ μὲν ἄλλα περιεδήσατο, τὸ κράνος δὲ οὐ κατέθηκεν, ἀλλ' ὑπὸ γυμνῆς τῆς κεφαλῆς καλὰς ἐμάχετο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τιτρώσκει αὐτὸς, καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην,

7. Ἀναστάσεως] Conf. infra Συμπόσ. c. 20. f. *M. du S.*

8. Καλῶν] Omnes Libri habebant hic καλὸν; quae vox cum nullibi occurrat, haud dubie pro hac, quam reposuimus, irrepsit. Vide Ἀλ. c. 29. & Εὐχ. c. 42. *M. du S.*

18. Προέξομαι] Pro προέξομαι, nescio an satis recte. Certe non memini me sic usurpatum legisse. *M. du S.*

28. Παμπόν] *Quintil.* Decl. IX. *Cum ostentata per arenam perituroruin corpora mortis suae pompam ducerent.* Vide & *J. Capitol.* in M. Aurelio c. XIX. *M. du S.*

30. Ἀνδρολογηθέντες] Ἀνδρολογεῖν *milites conscribere, Alciphr.* I. Ep. XI. p. 44. Ubi diligentiss. *Bergler.* ex *Hesych.* suam versionem; ac de alia quoque collectione virorum dici, hoc Luciani testimonio probat. Adde ἀνδρολογία 2. *Macab.* XII. 43. *J. F. R.*

43. Διδυμώσι] Rarius hoc, sed fiebat tamen: praesertim in Christianos. Mos a Romanis invectus, cujus alibi etiam meminit: ut Ἀλεξ. c. 44. &c. *M. du S.*

57. Οὐ κατέθηκεν] Conf. *Dial.* seq. Ὀν. c. 3. *M. du S.*

60. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὴν ἰγνύην] Ἀδύνατος *gladio vulneratus in poplite.* Sed legendum τὸν ἰγνύαν, aut τὴν ἰγνύ. dicitur enim ἰγνύα & ἰγνύς. *J. G. G.*

[a] ἰγνύην, ὥστε αἷμα ἔρρει πολύ· ἐγὼ δὲ προελεθνήκειν ἤδη τῷ δέει. θρασύτερον δὲ ἐπιφερόμενον τηρήσας τὸ ἀντίπαλον παίει εἰς τὸ στέρνον, καὶ διήλασεν, ὥστε αὐτίκα ἐπεπλώκει [b] πρὸ τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ· ὁ δὲ κάμνων καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῷ τραύματι, ἐπεκάθιζε τῷ νεκρῷ, καὶ μικρᾧ δεῖν, ἀφῆκεν αὐτὸν ἡ ψυχή· ἀλλ' ἐγὼ προσδραμὼν ἀνέστησα καὶ παρεμυθησάμην. ἐπεὶ δὲ ἀφεῖτο ἤδη νενικηκώς, ἁρπάμενον αὐτὸν ἐκόμισα εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπιπολὺ θεραπευθεὶς ἐπέζησε μοι, καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν Σκύθαις, γήμας τὴν ἐμὴν ἀδελφήν, χωλὸς δέ ἐστιν ὅμως [c] ἀπὸ τοῦ τραύματος. τοῦτο, ὦ Μνήσιππε, οὐκ ἐν Μάχλυσιν, οὐδ' ἐν Ἀλανίᾳ ἐγένετο, ὡς ἀμάρτυρον εἶναι, καὶ ἀπιστεῖσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ πολλοὶ πάρεισιν Ἀμαστριανῶν, μεμνημένοι τῆς μάχης τοῦ Σισίννου.

Πέμπτον ἔτι σοι τὸ [d] Ἀβαύχα ἔργον διηγησάμενος, παύσομαι. ἦκέ ποτε καὶ οὗτος ὁ Ἀβαύχας εἰς τὴν Βορυσθενιτῶν πόλιν, ἐπαγόμενος καὶ γυναῖκα, ἧς ἦρα μάλιστα, καὶ παιδία δύο. τὸ μὲν ὀπταστίδιον ἄρρεν, τὸ δὲ ἕτερον κόρη [e] ἑπτέτις ἦν· συναπεδήμει δὲ καὶ ἑταῖρος αὐτοῦ Γυνδάνης, οὗτος μὲν καὶ νοσῶν ἀπὸ [f] τοῦ τραύματος, ὃ ἐτέτρωτο κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ λῃστῶν, ὀπισθόντων σφίσι διαμαχόμενος καὶ πρὸς αὐ-

poplitem, ſanguis ut copioſus profluereret; & ego prae metu pene ante mortuus eſſem. At ille obſervans inferentem ſe audacius adverſarium, percuſſum illius pectus transadigit, ut ſtatim ante pedes illius concideret: ille autem feſſus & ipſe vulnere, inſidet mortuo. Et parum aberat, quin ipſum quoque anima relinqueret. At accurrens ego excitavi hominem & conſolatus ſum, & cum jam pro victore dimitteretur, ſublatum illum portavi domum. Hic diu curatus, vixit ille quidem, & eſt nunc adhuc in Scythis, ducta ſorore mea, claudus tamen ex vulnere. Hoc, Mneſippe, non inter Machlyes neque in Alania factum eſt, ut teſtibus careat, & fides illi queat negari; ſed multi adſunt Amaſtrianorum, qui meminerunt pugnae Siſinnis.

61. Quinctum tibi adhuc Abauchae facinus cum narravero, deſinam. Venit quondam hic Abauchas in Boryſthenitarum urbem, habens ſecum uxorem, quam maxime amaret, & liberos duo; alter lactens adhuc puer erat, altera autem ſeptem annorum puella. Socius peregrinationis amicus illius Gyndanes, hic quidem aeger etiam a vulnere, quo percuſſus erat in via a latronibus, impetum in ipſos facientibus: dum enim contra hos repugnat, feritur illi femur,

a Ἰγνύην] Sic Edd. Ἰγνὸν *Graev.* b Πρὸ] Πρὸς male Ex. *Fl.* Vulgatam tuetur P. c Ἀπὸ] Ὑπὸ marg. *A1.* Sed vulgata praeſtat. d Ἀβαύχα] Et ſic eſſe in *Fl.* monet *M. du S.* e Ἑπτέτις] Sic recte *Fl. P. H. Ba. S.* Ἑπτέτις male *J.* f Τοῦ] Deeſt in *Fl.*

61. Ἰγνύην] Ἰγνύαν Noſter ſupra I. *Hiſt.* c. 23. m. ibi vero ex Schol. diſces, recte Clar. *Graev.* ἰγνύαν vel ἰγνὸν dici, monere. Interim quia medici hoc vocabulo frequentius utuntur quam alii, maxime *Hippocrat.* & *Aret.* qui ἰγνύη Ionice ajunt, & *Homer.* quoque ſic ſcribit, cujus Noſter dictionem ſaepe imitatur, quid mali erit, ſi vulgatam ſic relinquamus? etſi ἰγνὸν dediſſe Noſtrum veroſimilius ſit. *J. F. R.*

77. Ἀμαστριανῶν] Fuit cum crederem hujus Dialogi ſcenam Amaſtrin; aut urbem aliquam illius orae: nec a vero abhorret, ibi revera ſcriptum, ubi de Scythis tot inaudiiſſe probabile ſit. Neque enim ut haec omnia ficta ſint, a me facile impetrabis; praeſertim cum Lucianum, in his oris fuiſſe ex Ἄλεξ. c. 57. ſatis conſtet. Sed obſtat quod ſupra c. 57. Amaſtrim iis deſcribit verbis, quae ſatis oſtendunt ibi non dici haec. Conjiciebam tunc, legendum πατρίων, pro πάντων. Nunc autem Athenis ſcenam hujus Dialogi eſſe puto, ubi mercatores ſatis multi Amaſtriani inveniri poterant, a quibus quaeri id poſſet. *M. du S.*

99. Διαπαίσας] Vulgata non videtur movenda. Sic enim ἐπιπαίειν pro *ingredi*, *ſe intrudere*, *Ariſtoph.* Plut. 804. Εἰς τὴν οἰκίαν ἐπιπαίσασαν, quod *Scholiaſt.* exponit: εἰσπηδῆσαι, εἰσβλῦσαι. Eund. *Ariſtoph.* loc. adducit Cl. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. p. 408. quo probet ſuſpicionem ſuam, etiam in Lucian. *Sympoſ.* (c. 8. vel 9.) ut in illo *Dial.* videbimus) ἐπισπάσασαν legendum, pro vulgato ἐπισπάσασαν. Nam licet ἐπισπᾶν pro *fuga* cla-

mur, ut neque insistere prae dolore posset. Noctu autem dormientibus illis, forte fortuna enim in suprema contignatione diversabantur, incendium oritur magnum; clausa erant circum omnia, circumdederat domum undique flamma. Hic ergo excitatus Abauchas, relictis liberis plorantibus, cum demovisset inhaerentem sibi uxorem, ipsamque saluti suae consulere jussisset, sublato *in humeros* amico, descendit. Et evasit erumpens ea parte, qua nondum plane igne invalescente arcebatur. Mulier autem infantem gerens sequuta est, sequi se jussa puella: atque ipsa semiustulata infantem ex ulnis passa decidere, vix flammam transiliit, & post illam puella, in praesentissimum ipsa quoque mortis periculum adducta. Et cum postea objiceret aliquis Abauchae, quod proditis liberis atque uxore exportasset Gyndanem, *Verum*, inquit, *liberos denuo quaerere mihi facile est, atque incertum, boni ne hi futuri sint: amicum autem non temere invenero alium, talem quidem, qualis est Gyndanes, qui ea mihi benivolentiae experimenta praestiterit.*

62. Dixi, Mnesippe, de magno numero quinque istis depromtis. Jam tempus fuerit judicari, utri nostrum lingua vel

τὺς, ἐλαύνε) εἰς τ μηρὸν, ὥστε οὐδὲ ἑστάναι
90 ἐδύναλο ὑπὸ τ ὀδύνης· νύκτωρ δὲ καθευδόντων (ἔτυχον γ ἐν ὑπερῴῳ τινὶ καλοικοῦντες) πυρκαϊὰ μεγάλη ἐξανίστα), καὶ πάντα περιεκλείετο, καὶ περιεῖχεν ἡ φλὸξ ἀπαλαχόθεν τ οἰκίαν· g ἐνταῦθα h δὴ ἀνεγρόμε-
95 νος ὁ Ἀβαύχας, καὶ λιπὼν τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα, καὶ τ γυναῖκα i ἐκκρεμαμένην ἀποσεισάμενος, καὶ σώζειν k αὐτὴν περιελευσάμενος, ἐρήμης τ ἑταίρου, κατῆλθε, καὶ ἔφθη l διεκπαίσας, καθὸ μηδέπω τελέως ἀπεκέκαυλο ὑπὸ τῦ πυρός· ἡ γυνὴ δὲ φέρουσα τὸ βρέφος εἵπετο, ἀκολουθεῖν κελεύσασα καὶ τ κόρην. ἡ δὲ ἡμίφλεκτος ἀφεῖσα τὸ παιδίον ἐκ τ ἀγ-
5 κάλης, μόλις διεπήδησε τ φλόγα, καὶ ἡ παῖς σὺν αὐτῇ, πάλιν μικρὸν ἐλθοῦσα κἀκείνη ἀποθανεῖν. καὶ ἐπειδὴ ὠνείδισέ τις ὕστερον τ Ἀβαύχαν, διότι προδὺς τὰ τέκνα, καὶ τ γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν,
10 Ἀλλὰ παῖδας μέν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται· ὅτου δὲ φίλου δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, m οἷος Γυνδάνης ὤν, πεῖράν μοι πολλὴν τ εὐνοίας παρεσχημένος.

15 Εἴρηκα, ὦ Μνήσιππε, ἀπὸ πολλῶν πέντε τούτους προχειρισάμενος. ἤδη δὲ καιρὸς εἴη χειρίας, ὁπότερον ἡμῶν ἡ τ γλῶτταν ἢ

g Ἐστοῦτα] Ἐστοῦτα male *J.* Recte *Fl.* &c. *h* Δὴ ἀνεγρόμενος] *Coll.* alii Διεγρόμ. Nihil mut. *Fl. J. P.* &c. *i* Ἐκκρεμαμένην] Ἐκκρεμαμενομένην Ex. *Fl.* Vulgatae adsentitur P. *k* Αὐτὴν] Αὐτὸν *P.* sola. *l* Διεκπαίσας] Sic P. & Edd. plurimae. Διεκπέσας *J. Fl.* An διεκπράσας *J. Pell.* Διεκπετάσας marg. *A*1. cum in *Ald.* quoque esset διεκπαίσας. *m* Οἷος Γυνδ. ἐ. π. μ. π. τ᾽ ὠν. π.] Et sic legi haec omnia in C. Abb. *Fl.* & *J.* aeque ac in cett. notat *M. du S.*

94. Διεγρόμενος] Ἀντὶ τῦ διεγρόμενος. G.

olabi inveniatur, ut *Steph.* notavit, illud tamen hic minus aptum esset prae altero, quod *perrumpere* significans hic longe majorem vim habet, & respondet actui *Aeneae*, patrem ex incendio Trojano humeris sublatum eripientis. Dum ἐκπεσεῖν Nostro potius est *extrudi, ejici*, ut supra *Alex.* c. 19. & *Abdic.* c. 1. vel *excidere voto, exsibilari*, Nigr. §. 9. *J. F. R.*

1. Ἀπεκέκαυλο ὑπὸ τῦ πυρός.] Potest utcumque intelligi haec lectio, ut expressimus, juvante ellipsi in καυλὸ ita explenda, κατ᾽ ἰκεῖνο τὸ μέρος, καθ᾽ ὃ μηδέπω τελείως ἀπεκέκαυλο. Ut ἀποτειχίζειν est muro discludere, qui murus commeatum intercipiat: sic ἀποκαίειν πυρὶ significaverit incendio discludere & arcere. Aft viderint tamen, qui possunt, an non juvet liber aliquis, quo legere liceat ἀπεκέκλειστο, sententia plana & interpretis non egente. Sic etiam non abundet nomen πυρί. Caeterum de verbo διεκπαίειν diligenter egit *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 805. *J. M. G.*

ἢ τ' δεξιὰν ἀποτέμνεσθαι δέοι. τίς οὖν ὁ δικάσων ἔσται; ΜΝΗΣ. [a] Οὐδὲ εἷς, ἐγὼ γάρ· ἐκαθίσαμέν τινα δικαστὴν τῷ λόγῳ· ἀλλ' οἷα δὴ ποιήσομεν; ἐπειδὴ νῦν ἄσκοπα τέθοξεύκαμεν, αὖθις ἐλόμενοι σκοπὸν βαλοῦμεν, ἄλλους ἐπ' ἐκείνῳ [b] εἴπωμεν φίλους, εἶτα ὅς ἂν ἥττων γένηται, ἀποτέμνεσθαι τότε, ἢ ἐγὼ τὴν γλῶτταν, ἢ σὺ τὴν δεξιάν. ἢ τοῦτο μὲν ἄγροικον, ἐπεὶ δὲ καὶ σὺ φιλίαν ἐπαινεῖν ἔδοξας, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἡγοῦμαι ἀνθρώποις εἶναι τοῦτο κτῆμα ἄμεινον ἢ κάλλιον· τί οὐχὶ καὶ ἡμεῖς συνθέμενοι πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, φίλοι τε αὐτόθεν εἶναι, καὶ εἰσαεὶ ἔσεσθαι ἀγαπῶμεν, ἄμφω νικήσαντες, τὰ μέγιστα ἆθλα προσλαβόντες, ἀντὶ μιᾶς γλώττης, καὶ μιᾶς δεξιᾶς, δύο ἑκάτερος ἐπικτησάμενοι, καὶ προσέτι γε, καὶ ὀφθαλμοὺς τέτταρας, καὶ πόδας τέτταρας, καὶ ἅλλα διπλᾶ πάντα τοιοῦτόν τι λέγω ἐστί; συνελθόντες δύο ἢ τρεῖς φίλοι, ὁποῖον τὸν Γηρυόνην οἱ γραφεῖς ἐνδείκνυνται, ἄνθρωπον ἑξάχειρα, καὶ τριπρόσωπον· ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ τρεῖς ἐκείνους εἶναι, ἅμα πράττοντας πάντα, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον φίλους γε ὄντας.

dextra amputanda sit. Quis igitur judicabit? MNES. Nemo. neque enim arbitrum quemquam disputationis constituimus. Sed scin' quid faciamus? Quandoquidem nunc temere nec ad scopum jaculati sumus, rursus electo arbitro alios sub illo amicos enarremus. Tum qui victus fuerit, mutilabitur, aut lingua ego, aut tu dextra. An potius nimis hoc agreste fuerit? Quando autem & tu amicitiam laudare visus es, & ego nullam homini hac possessione aut meliorem puto aut honestiorem: quidni potius etiam nos, pacto inter nos foedere, amici esse e vestigio, & in perpetuum manere satis habemus, victores ambo, maximis ambo potiti praemiis, pro lingua una & una dextra nacti unusquisque geminas, & insuper oculos quatuor, & pedes quatuor, & in universum gemina omnia? Tale quid enim sunt coëuntes duo aut tres amici, qualem Geryonen ostendunt pictores, hominem sex manuum & tricipitem. Tres enim, ut mihi videtur, fuere, simul agentes omnia, ut par erat nimirum, cum essent amici.

63. TOX.

[a] Οὐδὲ εἷς ἐγὼ γάρ] Et haec ita haberi in iisdem, notat *M. de S.* [b] Εἴπωμεν] Εἴπωμεν Ex. *Fl.* Cum vulg. facit P.

26. Ἄγροικον] Adleverat *Solanus* noster conferendum infra *Jov. Trag.* c. 32. Ibi invenies: ἄγροικον τοῦτο εἶπας, καὶ δυσὶν βουΐτυν. *J.F.R.*

30. Ἀγαπῶμεν] *Contenti simus. F.G.* Hoc addidisse videtur, quia *Bourd.* dedit: *nos invicem amplectimur*; Erasmus vero plane omisit. Recte autem *Gujetum* sentire, multis probare liceret; sed contenti simus Nostro, qui supra hoc *Dial.* c. 3. καὶ μὴ ἀγαπῶσι, εἰ ἀλλήλους (διαφυλάξουσι) vulg.) *non contenti aufugisse.* Adde quae supra *Amor.* c. 33. de adverbio ἀγαπητῶς, *vix, aegre*, interpretando dixi, in quo Lexicographi errant, aut id omittunt. Vid. & Scholiast. ad *Amor.* c. 22. No. 20. qui ἠγαπήμεθα vicissim interpretabatur ἠγανακτήμεθα. Nisi tamen active potius ἠγαπῶμεν ibi legendum. *J.F.R.*

32. Ἀντὶ μιᾶς γλώττης] Socratico & Xenophonteo de fonte hausta suavitas. Vide, qui dulcedine maxima affici cupis, Memorab. Socr. 2, 3. ubi fratres in concordiam revocat, & 2, 4. ubi amicitiam commendat. Ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες ἐπάρῃ ἐπιφρονοῦσι, καὶ ὀφθαλμοὶ προορῶσι, καὶ τὰ ὦτα προσακούσαι, καὶ αἱ πόδες διανύσωσι, τούτων φιλοπονώτατον ἐθέλουσι λαμβάνειν. *J.M.G.*

37. Γηρυόνην] Geryon Erythea Insulae in Gaditano mari rex tricorpor fuisse fingitur, ob administrationem regni cum duobus fratribus concordissimam. Sunt qui trium Hispanicarum insularum regem faciunt, Balearidum sc. duarum, & Ebusi. *G.C.*

ΛΟΥΚΙΟΣ] Lucius hic, quisquis tandem fuit, *Patrensem* se dicit c. 55. ubi de genere suo vitaeque instituto plura ipse narrat. Non censet Lucianeum *Tan. Faber*, not. ad Phaedr. 173. C. *Photius* Luciano tribuit. Vide Cod. CXXIX. ubi titulus ejus Libri μεταμορφώσεων λόγοι δώδεκα. Apulejus ex hoc aut Lucio ipse omnia habet. Vide *Salmas.* prol. ad Exercit. Plin. AG. III. n. n. n. n. & *Lamprid.* Commod. c. 11. ubi Imp. nomen ὄνου &c. Memoratur apud *Philostratum* in Herodis vita p. 556. Lucius quidam ἀνὴρ συβαρίτης... εἰς τοὺς φαυλοτάτους σπουδάζων. Μυσοπώλῃ τῷ Τυρίῳ συμφυσήσας... ἐπιτηδεύσαντος τὴν Ἡρῴδου. Vir etiam facetus, & M. Aurelio, ut ex sequentibus patet, familia-

63. TOX. Bene ſane dicis: & ſic agamus. MNES. Sed neque ſanguine, Toxari, neque acinace indigemus ad ſanciendam amicitiam noſtram. Praeſens enim diſputatio, & earundem rerum ſtudium, multum ſunt calice illo quem bibitis, firmiora: quandoque non tam neceſſitate quadam & ſanctitate, ſed propoſito indigere mihi videntur. TOX. Laudo iſta equidem: & jam ſimus amici, & hoſpites, mihi quidem tu hic in Graecia, ego autem tibi, ſi in Scythiam quandoque veneris. MNES. At noris, me non pigraturum longius etiam iter ingredi, ſi tales inventurus ſim amicos, qualem te, Toxari, de ſermonibus tuis cognitum habemus.

ΤΟΞ. Εὖγε λέγεις· καὶ ὕτω ποιῶμεν. ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ μήτε αἵματος, ὦ Τόξαρι, μήτε ἀκινάκου δεώμεθα, ἵ φιλίαν ἡμῖν βεβαιώσοντος. ὁ γὰρ λόγος ὁ παρὼν, καὶ τὸ τῶν ὁμοίων ὀρέγεσθαι, πολὺ ποιητότερα τοῦ κύλικος ἐκείνης, ἣν πίνετε. ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα, οὐκ ἀνάγκης ἀλλὰ γνώμης δεῖσθαί μοι δοκεῖ. ΤΟΞ. Ἐπαινῶ ταῦτα, καὶ ἤδη ὦμεν φίλοι, καὶ ξένοι, ἐμοὶ μὲ σὺ ἐνταῦθα ὅτε ἡ Ἑλλάς, ἐγὼ δέ σοι, εἴ ποτε ἐς ἡ Σκυθίαν ἀφίκοιο. ΜΝΗΣ. Καὶ μὴν οὐ ἴσθι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι καὶ ἔτι πορρωτέρω ἐλθεῖν, εἰ μέλλοι τοιούτοις φίλοις ἐντεύξεσθαι, οἵους σὺ, ὦ Τόξαρι, διεφάνης ἡμῖν ἀπὸ τῶν λόγων.

LUCIUS, SIVE ASINUS.

IN Theſſaliam aliquando eram profectus: erat mihi vero quoddam ibi paternum

ΛΟΥΚΙΟΣ, Η ΟΝΟΣ.

1 Ἀπήειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ, πρὸς ἄν-

---

c *Διάφορος*] Conſentire *Fl.* notat Noſter. Forſan *διάφορος* mallet. quod & ego velim.

2. *Συμβόλαιον*] *Γραμματεῖον. V.*

Baris. *M. du S.*

ΛΟΥΚΙΟΣ Η ΟΝΟΣ] Non de nihilo videtur, quod apud *Photium* Cod. 129. p. 165. *Hoeſchel.* his vocatur hic libellus Λουκῆς ἢ ὄνος nimirum ut Ἀτθὶς, ut Aeneis &c. agit enim de rebus Lucii. Caeterum fere eſt ut aſſentiar *Photio* l. c. eo inclinanti e Lucii Patrenſis ampliore narratione hanc breviorem a Luciano contractam, adſperſis hinc inde jocis, quibus non ſerio iſta narrari oſtenderet. Pleniores Lucii libros cum tota illorum ſuperſtitione ſecutus videtur Apulejus, cujus ultimo praeſertim libro fanatica regnat credulitas, & exitus quaſi tragicus finit fabulam; ut comicus, vel ſatyricus potius, Lucianeam. *J. M. G.*

1. Ἀπήειν —— συμβόλαιον] Lucius, qui poſtea Aſinus evadet, ita ſuam ipſius hiſtoriam inchoat, Ἀπήειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐντυχόντα. Inſcitiſſime Interpres, *Cum ſis Theſſaliam, ubi quoddam mihi paternum erat negotium cum ejus gentis viro, proficiſcerer.* Verte, *Fuit cum proficiſcerer in Theſſaliam; erat autem mihi a patre illic relicta hoſpitalitatis teſſera cum ejus gentis viro.* De teſſeris illis, beneficio Eruditorum, res nota eſt ac diſcuſſa. *J. J.*

Ibid. Θετταλίαν] Graeciae regionem, cujus montes ſunt 24. nobiliſſimi, flumina quoque inſigniora aliquot, & inter celebres urbes Hypata, Patara, ubi Apollo dabat reſponſa hyemalibus menſibus, & Lariſſa a qua Achilles Lariſſaeus dictus. *G. C.*

(Adſcripſerat huic notae Cl. *Hemſterh.* Patara Lyciae eſt, non Theſſaliae, ut notum.) Hic *Patrae* legend.

2. Συμβόλαιον] Cogitaram hic olim de Teſſera Hoſpitali, ſed fruſtra. Vide *Philoſtr.* p. 549. *Syngraphe*, & *Plat.* Ed. Baſ. 135. B. *M. du S.*

Συμβόλαιον] Severe nimis pronuntiat *Jenſius.* Probare potius debebat, συμβόλαιον etiam dictum pro συμβόλῳ, hoſpitalitatis teſſera. Cauſſa hic itineris indicatur, negotium, ſpeciatim ex contractu, patris. Hanc eſſe τὸ συμβολαίου notionem, & forte unicam, ſatis conſtat ex obſervatis v. g. Qu. *Budaei* p. m. 768. ſeq. *H. Stephani* in Theſ. &c. Sic συμβολαίας δίκας interpretantur & Schol. antiqua, & nuper eruditiſſimus *Dukerus* ad *Thucyd.* I, 77. pr. Sic *Plut.* Solo. p. 156. *H. Steph.* obaeratis pollicetur Solon χρέωσιν, agrorum divitionem, ac tabulas proinde novas; ſed feneratoribus βεβαίωσιν τῶν συμβολαίων, ut rati ſint contractus: huic βεβαίωσιν opponitur p. 158. τῶν συμβολαίων

ἄνθρωπον ὁπιχώριον. Ἵππος δέ με κατῆγε, καὶ τὰ σκεύη, καὶ θεράπων ἠκολούθει εἷς· ἐπορευόμην δὲ τὴν προκειμένην ὁδόν· καί πως ἔτυχον καὶ ἄλλοι ἀπιόντες εἰς Ὑπαλα, πόλιν Θεσσαλίας, ἐκεῖθεν ὄντες· καὶ [a] ἀλῶν ἐκοινωνοῦμεν, καὶ ἔτως ἐκείνην τὴν δύσβατον ὁδὸν ἀνύσαντες, πλησίον ἤδη τῆς πόλεως ἦμεν, κἀγὼ ἠρόμην τοὺς Θεσσαλοὺς, εἴ τις ὁπίσταται ἄνδρα οἰκοῦντα [b] ἐς τὰ Ὑπαλα, Ἵππαρχον [c] τοὔνομα, [d] γράμματα δὲ αὐτῷ ἐκόμιζον οἴκοθεν, ὡς οἰκῆσαι παρ' αὐτῷ· οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον, καὶ ὅποι τῆς πόλεως οἰκεῖ, καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν [e] ἔχοι, καὶ ὅτι μίαν θεράπαιναν [f] τρέφοι, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν μόνας. ἔστι γὰρ φιλαργυρώτατος δεινῶς. ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, κῆπός τις

negotium cum ejus regionis homine. Equus unus me & sarcinulas vehebat, servorum sequebatur unus. Sic via proposita pergebamus. Forte quadam alii etiam ibant Hypatam, unde erant, Thessaliae urbem, quorum convictu utebar. Sicque superata illa via difficili, prope jam urbem eramus. Hic ego interrogo Thessalos, nossentne virum Hypatae habitantem, Hipparchum nomine. Epistolam autem illi ferebam domo, uti apud illum diversarer. Illi notum sibi Hipparchum illum dicunt, & quo loco urbis habitet, & argenti ipsum habere multum, & tamen unam *modo* ancillam alere, suamque uxorem. Esse enim supra modum avarissimum. Cum vero prope urbem essemus, hortus intra eam erat, & do-

a Ἀλῶν] Et sic legi in *Fl.* not. *Solan.* b Ἐς τὰ Ὑπατα] *Fl. Fr. B2. J.* & *S.* eod. modo habere not. idem. Adde *P.* & *H.* c Τοὔνομα] Τὸ ὄνομα *Fl.* d Γράμματα] Ita dedi ex marg. *AiW.* L. P. *J.* Γράμμα *Fl. H. P. B2. Fr. Ald. S.* e Ἔχοι] Sic Edd. omnes, licet mox τρέφοι habeant. f Τρέφοι] Sic L. Τρέφει Edd. priores.

λαίων ἀναίρεσις. De symbolo s. tessera hospitii, locus, si quid voluisset auctor, erat deinde, ubi γράμμα se habere ait Lucius ad Hipparchum, ὡς οἰκῆσαι παρ' αὐτῷ. Neque moror γραμματεῖον in scholiis ad h. l. quae imperitiae & ineptiarum toties convinci possint. *J.M.G.*

Συμβόλαιον] Quid sit, vid. ex re ipsa, de qua Lucian. infra, *Dial. Meretr.* II. paullo ante med. γάμους ναυκληρικοὺς διεξιούσης — ἀλλ' ἤδη φίλῃ ἐστὶν ἔτῳ τῷ παιδὶ; μέμνημαι γὰρ ὡς πρώην ἰδιαίτατο περὶ συμβολαίου ναυλικοῦ. I. e. *Syngrapha*, vel *contractus*, ratio debiti & crediti. Neque vero literis commendaticiis indiguisset, de quibus statim agitur, si hospitalitatis tesseram attulisset. *Dion. Halic.* Isocr. p. 102. vers. 29. Ed. *Lips.* Τὰ μὲν γὰρ συμβόλαια πρὸς τοὺς ἐπὶ ταῖς τραπέζαις ἄνδρα μαρτύρων γίνεται. Et sic pro actione, controversia, quae nascitur ex ejusmodi negotio, vel ratione pecuniaria; Idem *de Demosth. gravit.* p. 197. 12. οἱ δὲ τοῖς ἰδιωτικοῖς λόγοις, ὡς περὶ μικρῶν συμβολαίων ἰδιώταις ἀνθρώποις ἔγραψεν. Idem *Antiq.* L. 2. p. 134. vers. 16. seqq. Εἰς δὲ τὴν περὶ τὰ συμβόλαια δικαιοσύνην ὑπηγάγετο. — Ὁρῶν γὰρ ὅτι τὰ συμβόλαια τὰ μὲν οὐ φανερῷ καὶ μετὰ μαρτύρων πραττόμενα ἀπὸ τῶν συνόντων αἰδοῦς φυλάττει, — τὰ δὲ ἀμάρτυρα μίαν ἔχει φυλακὴν, τὴν τῶν συμβαλλόντων πίστιν. Ac saepe alibi apud hunc & *Demosthenem*. Sed quia Cl. *Gesn.* similia aliunde jam dedit, plura non addo. *J.F.R.*

7. Καὶ ἀλῶν] Nescio num propter ἀλῶν Florentinam consuluerit *Solanus*, an quia punctum minus ante καὶ & ibi legitur, aeque ac in aliis: id punctum sensum turbat. Ac pristinus Interpres haec non capiens omisit, & sequentium ordinem invertit. *J.F.R.*

11. Ἐς τὰ Ὑπαλα] Siccine solent Graeci? *M.duS.*

Ἐς τὰ Ὑπαλα] An *Solanus* haec falsi arguit? quod ἐς pro ἐν positum sit. Vix credo. Aliam dubitationis ejus causam tamen invenire non possum. Quamque mea sponte exempla non addidissem, quia nimis id notum vel mediocriter versatis arbitror; tamen ne nihil egisse videar, pauca quaedam ex immensa quae suppetit copia, subjungam. *Demosth.* p. ult. A. ubi οἱ εἰς Ῥόδον sunt *Rhodii*. *Eustath.* in proverb. quod ad *Pisc.* c. 20. No. 79. adduxi, Τὸν μὲ χαῖρ' ὃν Αἰτωλὸς, ὁ δὲ νοῦς ἐς Κλοπιδῶν. Et ne dicas illud ἐς ibi significare, *ad*, *versus*, ecce aliud simile ex *Ach. Tat.* ὡς χαιράζειν τὸ ταύτῃ, θαμίζειν δὲ — εἰς τὸ προάλσιον. *Alciphr.* III. Ep. 43. pr. λυσάμενος εἰς τὸ βαλανεῖον. *Lang. Pass.* III. p. 103. ἂς ἄμοσά ποθι εἰς ἐκεῖνο (τὸ ἄντρον) *Quas nymphas aliquando adjuravi in illo antro.* Idque manifestius pro ἐν positum, quam illa ejusdem, quae adducit *Mollius* p. 62. ἐς δύσκλας κρύπτει, ἐς ἴλῳ ἀφανίζεται. Sed addamus alia. Noster mox c. 17. καλοῦμεν εἰς τινὰ ἔπαυλιν. *Euang. Matth.* II. 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν. *habitabat in urbe*, quinque similia vid. ap. *Gunther.* in Latin. Rest. T. 2. p. 496. Sed ut εἰς δῶν praemittit Euangelista, l. c. ut ibi sit: *habitatum ivit*, tamen alibi non praemittitur in N. T. nec in *Ael.* VII. 8. Ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπῆλθεν. Ubi *Scheff.* quoque frustra εἰς δῶν excidisse putat, vid. *Kuhn.* & *Ael.*

domuncula tolerabilis, ubi habitabat Hipparchus.

2. Atque illi vale dicto abeunt; ego vero accedens pulso januam. Ac vix quidem & tarde, sed exaudivit tamen mulier, ac deinde etiam acceſſit. Rogo intusne eſſet Hipparchus? illa ait, eſſe; *tu vero*, inquit, *quis es? aut qua de cauſſa quaeris? Literas*, inquam, *illi affero a Decriano Patrenſi Sophiſta. Expecta*, inquit, *me hic*, clauſaque janua intro rurſus abit. Et tandem reverſa introire me jubet. Ingreſſus ego ſaluto hominem, & reddo literas. Forte autem coenare inceperat, in anguſto accumbens lectulo: mulier prope ibidem aſſidebat, appoſita erat menſa vacua. Ipſe in-

ἔνδον ἦν, καὶ οἰκίδιον ἀνεκτὸν, ἔνθα ὁ Ἵππαρχος ᾤκει.

Οἱ μὲν οὖν ἀσπασάμενοί με ᾤχοντο· ἐγὼ δὲ κόπῳ προσελθὼν τὴν θύραν, καὶ μόλις μὲν καὶ βραδέως· ὑπήκουσε δ' οὖν ἡ γυνή. εἶτα καὶ προσῆλθον· ἐγὼ μὲν ἠρόμην εἰ ἔνδον εἴη ὁ Ἵππαρχος; Ἔνδον ἔφη, σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος συνθάνῃ; γράμματα, εἶπον, κομίζω αὐτῷ παρὰ Δεκριανοῦ τοῦ Πατρέως σοφιστοῦ, Μεῖνόν με, ἔφη, αὐτοῦ, καὶ τὴν θύραν συγκλείσασα ᾤχετο· εἶτα πάλιν καὶ πολὺ ἐξελθοῦσα κελεύει ἡμᾶς εἰσελθεῖν· κἀγὼ δὲ παρελθὼν εἶπον ἀσπάζομαι αὐτὸν, καὶ τὰ γράμματα ἐπέδωκα. ἔτυχε δὲ ἐν δεῖπνου ὤν, καὶ κατέκειτο ὀλίγον κλινιδίου ἐνός, γυνὴ δὲ αὐτοῦ καθῆστο πλησίον, καὶ τράπεζα μηδὲν ἔχουσα παρέκειτο. ὁ δὲ ἐπεὶ δὴ

g Ἔνδον] *Pell.* delet ἔνδον. h Πατρίως] Sic *Fl.* Πατραίως cett. male. i Εἶσω] Ἔσω *Fl.* k Ἀσπάζομαι] Ἀσφάζομαι *H.* l Ἐπέδωκα] Sic Edd. omnes. Ἐπιδίδωκα marg. *A1.*

Ael. pluribus locis. Sic εἰς τὸ παρὸν & εἰ τῷ παρόντι, vid. *Bud.* Comm. p. 553. Ne plura, quae in promtu forent, adcumulem. Ita εἰ viciſſim pro εἰς permultis demonſtrat Cl. *Maittaire* de Dial. p. 80. ubi & alia rurſum habet, in quibus εἰς pro εἰ poſitum. Ita etiam εἶσω pro ἔνδον *Alciphr.* I. p. 18. ubi vid. not. Cl. *Bergleri.* *J. F. R.*

12. Γράμματα] Non modo ob Codd. ſic dedi, ſed quia paullo poſt bis terve ſic legas ſine varietate. *J. F. R.*

14. Εἰδέναι] Immerito igitur & hoc ſupra in *Alex.* c. 55. negavit *Solan.* Graece recte dici, pro *noſſe aliquem.* Conf. ibi notata No. 99. *J. F. R.*

15. Καὶ ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἴσχοι] Cur ἴσχοι, & non ἴσχει, ut τρίφει, quod ſequitur. Non monuiſſem, niſi omnes editiones, etiam Florentinam conſentire in hoc vitio tolerando vidiſſem. *J. G. G.*

17. Τρίφοι] Quia in proxime praemiſſo ἴσχοι nihil varietatis inveni, in altero autem, Cod. L. optativum quoque praeferat, ut utrumque ſibi ſimile eſſet curavi; nam ὅτι ἴσχοι ϵ τρίφει quod in omnib. Edd. erat, non fas fuit retinere: dedique hoc *Solani* diligentiae, qui codicem habet ſuffragantem, alioqui mallem cum Cl. *Graevio* ἴσχει ϵ τρίφει, quia & οἷόν ϵ praecedit, etſi conjunctio non ſemper ſimiles modos habeat, ubi aliorſum deflectit oratio: ideoque οἷόν ϵ cum ſuo ὅτι, ſequente ὅτι cum optativo, tolerabilius duco, quam ſi eodem ſpiritu ὅτι ἴσχοι ϵ τρίφει enuntietur. *J. F. R.*

20. Ἀνεκτὸν] I. e. *mediocris*, *modica*, ita tamen ut ferri poſſit. *F G.*

26. Σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος συνθάνῃ; γράμματα, εἶπον, κομίζω] Crederem ab Luciano non profectum συνθάνῃ, ſed συνθαρσύνῃ, quod forte per compendium ſcriptum a Librariis mutatum in συνθάνῃ. Latine ſic: *Tu vero, quisnam es, aut quidvis, percunctanti, literas, inquam, affero.* *L. Bos.*

Σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος συνθάνῃ; &c.] At recte habet vulgata, ut ἴσχει & συνθάνῃ ſibi non reſpondeant, nam pertinent ad diverſas perſonas, ut ex verſione jam patet clariſſime. Immo in interrogatiunculis iſtiusmodi, ne ſemper quidem in eadem perſona verba collocari opus eſt; quamvis ad eumdem hominem interrogatio dirigatur. Ita *Alciphr.* III. Ep. 54. pr. Τί δακρύεις; ἴσως ἵρισῃ με, ἢ πόθεν κατέαγε τὸ κρανίον, ἢ πῶς τοῦτο —— ἱμάτων φορῇ; nam etſi κατέαγε in uno Cod. legatur, ſequens tamen φορῇ ſatis loquitur, κατέαγα legendum. At hic alia eſt ratio. *J. F. R.*

28. Δεκριανοῦ] Fuit cum cenſerem nomen eſſe patris. Muto nunc ſententiam. *M. du S.*

Ibid. Πατραίως] Nihil dubito quin Πατρίως legendum ſit, id eſt Patrenſis. Mentio fit Δεκαρχίας Πατρέως apud *Ammonium* de Interpretatione p. 17. *M. V. la Croze.* Et ſic ex *Fl.* dedi. *J. F. R.*

33. Ἐπιδίδωκα] Male in omnibus legitur ἐπίδωκα. Sed ſaepe, ni fallor, in ea voce peccatur. Ego certe ἐπίδωκα legendum eſſe nullus dubito. Nolui tamen mutare, quia in hoc libello multa manca. *M. du S.*

δὴ τοῖς γράμμασιν ἐνέτυχεν, Ἀλλ' ὁ μὲν φίλτατός μοι, ἔφη, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξοχώτατος Δεχριανὸς εὖ ποιεῖ, καὶ θαῤῥῶν πέμπει σας ἐμοὶ τοὺς ἑταίρους τοὺς ἑαυτοῦ· τὸ δὲ οἰκίδιον τὸ ἐμὸν ὁρᾷς, ὦ Λύκιε, ὡς ἔστι μικρὸν μέν, ἀλλὰ εὔγνωμον τὸ οἰκοῦντα ἐνεγκεῖν· ποιήσεις δὲ αὐτὸ σὺ μεγάλην οἰκίαν, ἀνεξικάκως οἰκήσας. καὶ καλεῖ τὴν παιδίσκην, Ὦ Παλαίστρα, δὸς τῷ ἑταίρῳ κοιτῶνα, καὶ θὲς λαβοῦσα, εἴ τι κομίζει σκεῦος, εἶτα πέμπε αὐτὸν εἰς βαλανεῖον, οὐχὶ μὰ μερίαν ἐλήλυθεν ὁδόν.

Ταῦτα εἰπόντος, τὸ παιδισκάριον ἡ Παλαίστρα ἄγει με καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτιον, Καὶ σὺ μέν, ἔφη, ὅπου ταύτης τῆς κλίνης κοιμήσῃ, τῷ δὲ παιδί σου σκιμπόδιον αὐτοῦ στρωθήσω, καὶ προσκεφάλαιον ὑποθήσω. ταῦτα εἰποῦσης ἡμεῖς ἀπήειμεν λουσόμενοι, δόντες αὐτῇ κριθιδίων τιμὴν εἰς τὸν ἵππον· ἡ δὲ πάντα ἔφερε λαβοῦσα εἴσω, καὶ κατέθηκεν. ἡμεῖς δὲ λουσάμενοι, ἀναστρέφομεν, εἴσω εὐθὺς παρήλθομεν, καὶ ὁ Ἱππαρχός με δεξιωσάμενος, ἐκέλευε συνανακλίνεσθαι μετ' αὐτοῦ. τὸ δὲ δεῖπνον ὀσφόδρα λιτόν· ὁ δὲ οἶνος ἡδὺς καὶ παλαιὸς ἦν. ἐπεὶ δὲ ἐδεδειπνήκειμεν, [a] ποτὸς ἦν καὶ λόγος, οἷος ὑπὸ δεῖπνον ξένον, καὶ ὕστερον τὴν ἑσπέραν ἐκείνην [b] ποτῷ δόντες ἐκοιμήθημεν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Ἱππαρχος ἤρετό με, Τίς μοι ἔσται νῦν ὁδὸς, καὶ * εἰ πάσαις

spectis literis, *Enimvero*, inquit, *carissimus mihi & praestantissimus Graecorum Decrianus bene facit, cum fidenter suos ad me mittit sodales. Vides autem domunculam meam, Luci, quam sit parva illa quidem, sed satis ad ferendum diversorem idonea: feceris autem tu domum magnam, si comiter patienterque diverseris.* Et vocata ancilla, *Palaestra*, inquit, *ostende meo sodali cubiculum, & sumtam ibi pone, si quam habet, sarcinulam: tum in balineum illum deduc, venit enim viam non modicam.*

3. Haec ubi dixisset, ancillula Palaestra ducit me, & pulcherrimum mihi ostendit cubiculum, ac, *tu quidem*, ait, *hoc in lecto dormies, tuo autem puero grabatulum hic apponam, impositio etiam cervicali.* Ista cum dixisset, nos lotum abiimus, dato ipsi hordei pretio pro equo. Illa vero omnia intus allata deposuit. Nos loti, cum redissemus, statim intramus. Hic Hipparchus me complexus jubet secum accumbere: coena non nimis tenuis, vinum suave erat & antiquum. Post coenam compotatio & sermones, ut in coena hospitali. Et sic ubi vesperam illam dedissemus compotationi, cubitum ivimus. Postridie interrogat Hipparchus, quorsum porro irem, &, an to-

[a] Ποτὸς] Πότος Ex. *Fl.* Vulgatae adstipulatur P. Leg. ὀτόσαις ἡμ. vel εἰ πολλαῖς ταῖς. *J.F.R.*

[b] Ποτῷ] Πότῳ Ex. *Fl.* Vulg. est in P. * Εἰ πάσαις] 61. Λιτὸν] * Εὐτελές. *V.*

* Εὐτελές] Ἀτελὲς editum ante. Emendavit *M. du S.*

38. Τῶν Ἑλλήνων] Si Patareus fuisset, scribendum erat, τῶν Λυκίων. *M.V. la Croze.*

49. Ἡ Παλαίστρα ἄγει με καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτιον] Interpretes omnes *ostensaque domo pulcherrima.* Immo, ut commodissime notavit parer, καὶ τοῦτο, ut praecesserit, cubiculum & locum dormiendi. Sic δωμάτιον pro cubiculo etiam. Vide *Casaubonum* ad Theophrast. pag. 263. Et occurrit aliquoties infra. Sed notabiliter p. 112. εἰ μὲ δωμάτιόν, αὐτοῦ που πλησίον πρὸ τῦ δωματίυ ἐκάθευδεν, ubi inepte vertunt *in propinquo vestibulo.* *J.G.*

66. Πάσαις ταῖς ἡμέραις] Quid hoc sit, nondum assequor. Corruptumque adeo locum arbitror. *M. du S.*

69. Τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν] Intelige ἀλλ. *F.G.*

77. Καὶ τοῦτο] In *Junt.* καὶ erat sine puncto subscripto, quod & aliae vett. Edd. saepe omisere. Sed cum *Paris.* alieaque id haberent, addere non neglexi, quia est pro καὶ οὕτω positum, & sic melius distin-

gui-

to tempore ibi manſurus eſſem? *Aveo*, inquam, *Lariſſam; puto autem hic me manſurum tres aut quinque dies.*

4. Verum illa quidem ſimulatio erat: vehementer autem optabam illic manens invenire aliquam mulierum magicae artis peritarum, & videre miraculum quoddam, aut volantem hominem, aut in lapidem mutatum. Hujus me ſpectaculi amori cum dediſſem, circumeo per urbem, unde initium quaerendi facerem laborans: circumeo tamen. Inter haec mulierem video accedere, juvenem adhuc, beatam, quantum ex *illo per urbem* inceſſu *licebat* colligere. Veſtes enim illi floridae, pueri crebri, aurum multum. Cum vero acceſſiſſem propius, ſalutat me mulier, ego illam viciſſim. Tum, *Ego*, inquit, *Abroea ſum, ſi quam matris tuae amicam ſic vocari audis: & vos ex illa natos non minus amo, quam quos ipſa peperi. Quid igitur non apud me diverſaris, fili?* Ego, *Benigne*, inquam: *ſed vereor, cum nihil habeam quod accuſem amicum, illius domo fugere. Verum animo quidem, cariſſima, apud te commoror. Ubi vero*, inquit, *diverſaris? Apud Hipparchum. Avarum illum?* inquit. *Minime vero*, inquam, *Mater, hoc dixeris. Splendidus enim & ſumtuoſus in me quidem fuit; adeo quidem, ut laxum illius accuſare aliquis facilius poſſit.* At illa ſubridens, &

ταῖς ἡμέραις αὐτῆ προσμενῶ. Ἄπειμι μὲν, ἔφην, εἰς Λάρισαν, ἔοικα δὲ ἐνταῦθα ἀγαθρίψειν τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἦν σκῆψις· ἐπεθύμουν δὲ σφόδρα μείνας ἐνταῦθα ἐξευρεῖν τινα τῶν μαγεύειν ἐπισταμένων γυναικῶν, καὶ θεάσασθαί τι τοιοῦτον, ἢ πετόμενον ἄνθρωπον, ἢ λιθούμενον. καὶ τῷ ἔρωτι τῆς θέας ταύτης δοὺς ἐμαυτὸν, περιέρχομαι τὴν πόλιν, ἐπιπρῶν μὲν τὴν ἀρχὴν τοῦ ζητήματος, ὅμως δὲ περιέρχομαι. καὶ τότε γυναικά τινα ὁρῶ προϊοῦσαν, ἔτι νέαν, εὐπορουμένην, ὅσον ἦν ἐκ τῆς ὁδοῦ συμβαλεῖν. ἱμάτια γὰρ ἀνθινὰ, καὶ παῖδες συχνοὶ, καὶ χρυσίον περιττόν. ὡς δὲ πλησιαίτερον γίγνομαι, προσαγορεύει με ἡ γυνὴ· καὶ ἀμείβομαι αὐτὴν ὁμοίως. καὶ φησὶν, Ἐγὼ Ἀβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις· καὶ ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γενομένους φιλῶ, ὥσπερ οὓς ἔτεκον αὐτή· τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις, ὦ τέκνον; Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ἔφην, πολλὴ χάρις, αἰδοῦμαι δὲ οὐδὲν ἀνδρὶ φίλῳ ἐγκαλεῖν, ἔπειτα φεύγων τοιοῦτον ἐκείνου οἰκίαν· ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, ὦ φιλτάτη, κατάγομαι παρὰ σοί. Ποῖ δὲ, ἔφη, καὶ κατάγῃ; Παρὰ Ἱππάρχῳ. τῷ φιλαργύρῳ; ἔφη, Μηδαμῶς, εἶπον, ὦ μῆτερ, τοῦτο εἴπῃς· λαμπρὸς γὰρ καὶ πολυτελὴς γέγονεν εἰς ἐμὲ, ὥστε καὶ ἐγκαλέσαι ἄν τις τῇ τρυφῇ· ἡ δὲ μειδιάσασα, καί με τῆς χειρὸς λαβομένη, ἄγει ποῤῥωτέρω, καὶ λέγει πρὸς

c Ἀθοὰ] Ita habere *Fl.* cum *Fr.* notat *Solan.* Sed & ſic *J. P. H.* d Ἔφη] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & *P.* e Ποῤῥωτέρω] Al. ἀντέρω *Coll.* Ἀντέρω *Fl.* & marg. *AIW.* Sed vulgata etiam eſt in P.

70. Σκῆψις] Πρόφασις. *V.*

96. Ἄγει ἀντέρω] Γρ. ποῤῥωτέρω. *G.*

guitur a καὶ *etſi*. Ut ſupra jam monui, ad *Lexiph.* c. 22. *J. F. R.*

79. Ἱμάτια — ἀνθινὰ] Conf. ſi lubet, *Alciphr.* III. ep. 54. πῶς τὸ ἀνθηρὸν τοῦτο — ἱμάτιον φέρω. Meretricum geſtamen veſtes floridae. Habuimus non ſemel ſupra. Occurret rurſus deinde. Confer interim not. *Bourdelotii* ad T. I. *Nigr.* c. 13. *J. F. R.*

82. Ἐγὼ Ἀβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς μητρὸς φίλην ἀκούεις] Intelligunt, *ego Abroea ſum, amica ſi qua unquam fuit tuae matris*, quum non videantur eam adeo arcta conjunctione vincire voces Graecae, quae ſimpliciter ſonant, *ego Abroea ſum, ſi quam matris tuae amicam* forſan *audis* vel auditi eo nomine, ut poeta, *Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures Belida nomen Palamedis.* *J. G.*

90. Κατάγομαι παρὰ σοί] *Solan.* jubet conferri Κατάπλ. c. 18. Sed ibi legas: καὶ μὴν ἴσως ὑμῶν ἐν πανδοκείοις καταχθησόμεθα. Et 2. *Ver. Hiſt.* §. 6. pr. Τούτοις ἅπασι πλεύμασι κατήχθημεν. Quid tum? *J. F. R.*

πρὸς ἐμὲ, Φυλάττε μοι, ἔφη, τὴν Ἱππάρχου γυναῖκα πάσῃ μηχανῇ, μάγος γὰρ ἐστὶ δεινὴ, καὶ μάχλος, καὶ πᾶσι τοῖς νέοις ἐπιβάλλει τὸ ὀφθαλμόν· καὶ εἰ μή τις ὑπακούσῃ αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, καὶ πολλοὺς μεμόρφωσεν εἰς ζῶα, τοὺς δὲ τέλεον ἀπώλεσε, σὺ δὲ καὶ νέος εἶ, τέκνον, καὶ καλὸς, ὥστε εὐθὺς δρέσαι γυναικί· καὶ Ξένος, πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον.

Ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὅτι τὸ πάλαι μοι ζητουμένου οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται, προσεῖχον αὐτῇ οὐδὲν ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀφείθην, ἀπιέναι οἴκαδε, λαλῶν πρὸς ἐμαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ, ἄγε δὴ σὺ ὁ Φάσκων ἐπιθυμεῖν ταύτης τὸ παράδοξον θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτὸν, καὶ τέχνην εὕρισκε σοφὴν, ἣ τεύξῃ τοῦτον, ὃν ἐρᾷς, καὶ ὅπως τὴν Παλαίστραν

manu me prehenſum ſeducens, *cave mihi*, inquit, *omni ope Hipparchi uxorem. Maga enim eſt peſſima, & laſciva, quae ad juvenes omnes oculum adjiciat. Et ſi quis illi non obſequatur, illum arte ſua ulciſcitur, & multos mutavit in animalia: alios autem funditus perdidit. Tu vero & adoleſcens es, fili, & pulcher, ut ſtatim placiturus ſis mulieri; & hoſpes, res quam nemo curet magno opere.*

5. At ego audito, domi mihi ſedere, quod olim quaererem, nihil amplius ad eam attendi. Dimiſſus tandem domum dum abeo, haec apud me in via agito. Age ſane tu qui cupidum te eſſe ais admirabilis hujus ſpectaculi, te mihi excita, & ſapiens quoddam inventum comminiſcere, quo ea, quorum amore ardes, conſequaris: atque in ancillam Palaeſtram jam accingere (ab

a Ὑπακούσει] Sic etiam eſſe in *Fl.* notavit *M. du S.* Sed eſt etiam in aliis.

97. Φυλάττε μοι] Illud μοι additum familiaritatem quandam & auctoritatem ſignificat. Exemplorum pleni ſunt omnes libri. Vid. ſaltem quae dedit Frater cariſſ. G. O. *Reitz.* in Belg. Graec. p. 353. —4. Et *Alciphr.* compluribus locis, ac *Bergler.* ad eumdem I. Ep. 26. p. 107. Ubi id ſaepe abundare, vel pro παρ' ἐμοῦ poni docet. Alibi tamen difficultatem parit, ut ibid. III. 30. p. 340. ἐκ τούτων (σρυθίων) λαχοί μοι τὰς πίονας ἅμα σάρκας ἀπέσαλκα πᾶσι τοῖσιν. *Ex his paſſerculis partem electam mihi pinguiores TIBI & carnoſiores*, ut vertit Cl. *Bergl.* qui tamen illud μοι hic non concoquit, cum potius σοι ſcriptum oporteret. At ſi λαχὼν pro λαχὸν legas, ac per ſolitum pleonaſmum accipias, non tantum difficultatis video; nam elegit prius SIBI quod placeret, non ut SIBI ſervaret. *J. F. R.*

98. Μάγος] Non erant olim magi plebejae ſortis homines, ſed apud Perſas, Aethiopes, Chaldaeos & Indos ex regia ſtirpe proceres, in ſecretioribus Philoſophiae & artis Mathematicae arcanis educati, ſagaciſſimi ſympathiae rerum naturalium & divinarum exploratores. *G. C.*

99. Μάχλος] Sic & infra *de non tem. cred. Calumn.* c. 26. ὑπὸ μάχλας γυναικὸς, quamquam *Th. Mag.* ibi legit μαίχλης. *J. F. R.*

1. Ἐπισάλλει τὸ ὀφθαλμὸν] Sic apud LXX. *Geneſ.* XXXIX. 7. ἐπίσαλλει ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ Ἰωσηφ. Eſtque phraſis amatoribus & amaſiis propria, cujus plura exempla vid. ap. Rever. *J. Elſner.* ad Fuang. *Matth.* V. 28. *J. F. R.*

Ibid. Ὑπακούσει] Quod *Solan* inquiſierit, num quae Ed. aliter haberet, ſuſpicionem praebuerit, eum de ὑπακούσῃ cogitaſſe. Sed recte ſe habere indicativum ipſe tamen non dubitavit. Nam ſupra ad T. I. *Tim.* §. 33. ubi εἴσιτας, εἶεν μὴ ἴσαν ἀπολείψει habemus, quod alii fruſtra in ἀπολείψῃ mutatum voluerant, ipſe hoc teſtimonio, aliisque utitur, ad probandam hanc loquendi conſuetudinem: de qua & nos alibi jam egimus, pluribusque agemus, ſi opus fuerit; *nimis* enim uſitatus eſt hic modus ſimili in conſtructione, ubi Latini quidem ſubjunctivum potius amarent, quam ut pluribus exemplis indigeat. *J. F. R.*

3. Εἰς ζῶα] De hominum & brutorum metamorphoſi in alias formas *Ariſtot.* de mirabil. aud. *Ovid.* L. XIV. Met. *Plin.* L. VIII. c. 22. *Ariſt.* L. IX. c. 36. L. VIII. c. 5. *Solin* L. IX. *Aug.* L. XVIII. de Civit. Dei. c. 16. *Virg.* Ecl. VIII. *G. C.*

15. Ἀποδύσῃ] Ab athletis metaphora. F. G. Satis patet ex ſequente καὶ γυμνάζομαι. Sed & ex aliis adjectis ſatis apertum, non ſolum ad expugnationem ejus mentis, ut ſic dicam, qui arcana reſciſcat, reſpici; ſed & nequitias ſimul amatorias. Eodem verbo ἀποδύεσθαι de ſtrenuis potatoribus Perſis utitur *Aelian.* V. Hiſt. XII. 1. p 659. Ed. *Periz.* οἱ Πέρσαι — οἱονεὶ πρὸς τὸ πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. Idem 2. 30. f. καὶ ἀποδύσασθαι ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. *Et accinxit ſe ad philoſophiam. Alciphr.* I. Ep. 37. p. 170. ἐκ' ἐκείνου καὶ ἡ Ἑρπυλλὶς ἀποδύσεται. *Ad hunc auxiliandum Herpyllis ſe accinget.* *J. F. R.*

18 Δοῦλοι γὰρ] Quibus in domibus aut paterr. aut materf. nequiter libidinoſeque vivit, in eis ſervos non eſſe ſervos, neque communi conditione ſervitutis uti, ſed liberius & licentius vivere, quotidiana docet experientia. *G. C.*

22. Πά-

(ab uxore enim hospitis & amici longe te remove) atque in hac te volutans atque exercens, hujus in amplexibus, noris facile discere te posse. Servi enim dominorum & honesta sciunt & turpia. Haec mecum agitans domum intro: ac Hipparchum domi non invenio, neque illius uxorem. Palaestra autem circa focum versabatur, parans nobis coenam.

ἥδη ἀποδύς· ἡ γὰρ γυναικὸς τῆς ξένης καὶ φίλης πόρρω ἵστασο· καὶπὶ ταύτης κυλιόμενος, καὶ γυμναζόμενος, καὶ ταύτῃ συμπλεκόμενος, εὖ ἴσθι ὡς ῥᾳδίως γνώσῃ. Δῆλοι γὰρ τὰ δεσποτῶν θήσαυ καὶ καλὰ καὶ αἰσχρά. ταῦτα λέγων πρὸς ἐμαυτὸν εἰσήειν οἴκαδε. τὸν μὲν οὖν Ἵππαρχον οὐ κατέλαβον ἐν τῇ οἰκίᾳ, οὐδὲ τὴν ἐκείνου γυναῖκα· ἡ δὲ Παλαίστρα τῇ ἑστίᾳ παρήδρευε, δεῖπνον ἡμῖν εὐτρεπίζουσα.

6. Atque ego statim inde initium sermonis faciens, *Quam concinne*, inquam, *pulchra Palaestra, cum ollula ista nates circumtorques, & flectis? Etiam nobis lubrica titillatione moventur lumbi. Felix, cui hic intingere contigerit.* At illa, ut erat dicacula

Καγὼ εὐθὺς ἔνθεν [b] ἀρξάμενος, Ὡς εὐρύθμως, ἔφην, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις καὶ κλίνεις. ἡ δὲ ὀσφὺς [c] ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται, μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνεβάψατο. ἡ δέ, σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν καὶ χαρίτων μεστὸν τὸ κορά-

b Ἀρξάμενος] Ἐλὼν marg. *A1.* & Ex. *Fl.* Vulgatam servat P. c Ἡμῖν] Σὴ μὲ *Gron.* Nihil mut. Edd.

30. * Ἰταμὸν] Ἀναιδὲς, σκληρὸν, † ὑμὸν, ὥθεν τὸ ἴσθαι, ὃ ἐστιν ὁρμᾶν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἀναιδεῖς. *V.*

* Ἰταμὸν] Ita adspirate scriptum erat, forsan studio, quia ab ἴσθαι derivat. Sed in Luciano & ap. alios laevigatur, vid. notas. *Suidas* ex quo Noster haec descripsit: Ἰταμὸς. ἀναιδὲς. σκληρὸς. ὑμὸς. παρὰ τὸ ἴσθαι ὃ ἐστιν ὁρμᾶν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἀναιδεῖς. *J. F. K.*

† Ὡμὸν] Non comparebat in Editis. Sed inserui, ex *Suida* credo, *M. du S.* Itaque ex eodem οἱ ἀναιδεῖς pro καὶ οὐ — legi posset. *J. F. R.*

22. Παλαίστρα] Jocose inditum ancillae nomen, ut ap. *Plaut.* in Cistell. cuidam Gymnasium. *G. C.*

28. Ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται, μακάριος ὅστις ἐνταῦθα ἐνεβάψατο. ἡ δὲ σφόδρα γὰρ &c.] Vertunt, *Tum illa, lumbi agiliter moventur .... Illa impudens & vultu grata puella, Fugeris*, inquit, *adolescens.* At non potest ab Luciano venisse hic ordo narrandi, ut illud ἡ δὲ duas periodos se invicem sequentes inchoet, ea notatione, ut significet personam loquentis. Et quae ista sui laudatio est? Immo etiam haec ineptia non latuit interpretes, qui non bis vertunt *Tum illa*, quod facere debuerant attenti Graecis. Praeclare has turbas sanavit ac restituit pater, ἡ δὲ ὀσφὺς σὴ μὲ ὑγρῶς ἐπικινεῖται. μακάριος &c. ut sint verba laudantis juvenis, dicentisque *lumbi quidem tui agiliter mov.* Sic omnia haec plana. Verum sequentia mire administrantur illa, καὶ σὺ δὲ τὸ θεραπείας ὀδύνης ἀρδόμενος ἀνάσχῃ, ubi *Basilienses* vertunt, *cujus curam haud facile sustinebis*, Benedictus *cujus curationem haud facile sustinebis*, quae nihil faciunt ad scopum & plenam captato lusu Palaestrae enormitatem. Pater adscripsit, F. ἡδονῆς. Vertebat igitur, *& ab ipsa curationis voluptate irrigatus semper sustinebis.* Nisi plane oxymori speciem in vulgara lectione agnoscere velimus, & ab ipso curationis dolore irrigatum dicat, ut licet dolore plenus & miser sit, semper tamen adhuc velit: quod judico verissimum. *J. G.*

Ἡ δὲ ὀσφὺς] Ὡς εὐρύθμως, ἔφη, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις, καὶ κλίνεις· ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται] Interpres vertens, *Quam venuste*, inquam, *o pulchra Palaestra, nates una cum olla circumfers, & deprimis. Tum illa, lumbi mei agiliter moventur*, ita agit, quam si voculae ἡ δὲ notent respondentis Παλαίστρας personam; quum plane sit ipsius Lucii continua oratio. Sed & pro ἡμῖν legendum videtur ὑμῖν. *Lumbi quoque molliter, agiliter, vobis moventur.* *J. F.*

Ibid. Ἡμῖν ὑγρῶς] Forsan ἢ μὴν, i.e. ὄντως, vid. *Hesych.* Aut ὑμῖν pro σοὶ, non plural. *F. G.*

30. Ἰταμὸν] Scholiast. *ἰταμὸν*, male, ni fallor: nam laevigatur ubique, vid. *Pollucem* vel decies. E. c. I. Sect. 192. Ἐπαινῶν δὲ ἵππου βλέμμα, ἰρτὸς γοργὸν, ἰταμὸν, ἀναιδὲς. in *Suida* ἰταμὸς quoque legas, etsi ab ἴσθαι derivat. Et eadem pag. idem *Suidas* ait: Ἴτης. ἰταμὸς. σκληρὸς. τολμηρὸς & δὲ αὐτῶν χωρῶν τὸ πραγμάτων ὥθεν Ἀριστοφάνει ἐν νεφέλαις. Et quomodo durum, asperum convenit ei, quae Gratiarum plena dicitur? nam *truculentum adspectum* notat ap. *Alciphr.* III. p. 360. qui de philosopho Cynico dicit: θέαμα ἀποτρόπαιον & φοβερὸν, κόμην αὐχμηρὰν ἀνασείων, τὸ βλέμμα ἰταμὸς, ἠμιγύμνου ἐν τριβωνίῳ. Sed protervum etiam ac petulantem meretricum vultum significari, patet ex

89. Παρὰ] Sic recte *Fl.* Ed. Reliquae περὶ. Qua de re jam supra dictum est. *M. du S.*

Παρὰ τ βίον] Has praepositiones saepissime omnium ab Scribis confundi quis nescit? Conf. *Asin.* c. 22. Et quae Cl. *Hemst.* habet ad *Hale.* c. 2. Quare minus forsan recte περὶ τ βίου reliquimus in *Piscat.* c. 25.

90. Τοὺς πότους] Nihil variari in hac scriptura notabat *Solan.* Sed nec varietatem desiderem. Vid. ad *Gall.* c. 12. No. 43. Et *Icar.* 7. f. *J. F. R.*

93. Διψῆν — πιεῖν] Διψᾶν & πιεῖν Attica forma postulare videretur; verum διψῆν, πιεῖν etiam his potius usitatum, bene monent Grammatici. Vid. *Aristoph.* Nub. 440. Παρίχω τόπτιεν, πιεῖν, διψῆν. *Phryn.* p. m. 18. Πιεῖν, διψῆν, λέγε, ἀλλὰ μὴ λέγε τᾶν ᾱ. Scripsissem διψῶ sine puncto subscripto; sed quia pleri-

τῦ πιεῖν, ἢ τὸ μὴ πιεῖν, τῦ φαγεῖν, ἢ τὸ μὴ ῥιγῶν, τῦ ἀμπεχόνης εὐπαρεῖν.

Φέρε τοίνυν ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, [a] διδάξομαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον, ἢ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς βόα, Τέκνον ἄθλιον, οὐκέτι διψήσεις, οὐκέτι πεινήσεις, οὐδὲ ῥιγώσεις. οἴχῃ μοι, κακόδαιμον, ἐκφυγὼν τὰς νόσους, ἢ πυρετὸν ἔτι δεδιὼς, ἢ πολέμιον, ἢ τύραννον· οὐκ ἔρως σε ἀνιάσῃ, οὐδὲ συνουσία [b] διαστρέψῃ, οὐδὲ σπαθήσεις ἅπαξ τούτῳ δὶς ἢ τρὶς τ' ἡμέρας, ὦ τ' συμφορᾶς. οὐδὲ [c] καταφρονηθήσῃ, γέρων γενάμενος, οὐδ' ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις βλεπόμενος.

Ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἶδα πολὺ ἀληθέστερα, καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρεῖν; ἀλλὰ [d] ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ, καὶ λαμπὸν τ' παρ' ἡμῖν ζόφον καὶ τὸ πολὺ σκότος, κἄπα δέδιας μή σοι ἀποπνιγῶ καταχωσθεὶς [e] ἐν τῷ μνήματι; χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν ἀμαυρωθέντων, ἢ καὶ, νὴ Δία, καέντων μετ' ὀλίγον, εἴγε καῦσαί με διεγνώκατε, οὔτε σκότος, οὔτε φῶς ὄψει [f] δυνησόμεθα· ἢ ταῦτα μὲ ἴσως μέτρια.

melius; & non esurire, quam edere; & non frigere, quam copiam habere vestium?

17. *Age vero, quandoquidem ignorare videris, docebo te lamentari verius. Itaque repetito initio clama, Fili miser, non amplius sities, non esuries amplius, non algebis. Abiisti mihi, infelix, effugisti morbos, febrim non amplius metuis, non hostem, non tyrannum. Non amor tibi faceſſet negotium, non coitus te atteret, neque insuper infercies te bis aut ter in die: o miseriam! Neque senex factus contemneris, neque moleſtus eris ipſo conſpectu juvenibus.*

18. *Haec si dicas, pater, nonne putas te multo veriora istis & magis ridicula dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, & cogites tenebras, quae apud nos sunt, & manifestam caliginem; deinde illud metuas, ne tibi suffocer in sepulcro concluſus? Oportet autem adcogitare illud, putrefactis oculis, aut etiam, per Jovem, combuſtis paullo post, si quidem cremare me decreviſtis, neque tenebras neque lucem videre poterimus. Ac ista forte quidem tolerabilia.*

19. *Quid*

a Διδάξομαι] Servavi ſcripturam Edd. *S. P.* licet δ' διδάξομαι ſit in *F. Fl. Ald. Bt. H. Fr.* b Παρατρέψῃ] Sic Edd. Διαστρέψει G. Διαστρέψει L. Utrumque tam Διαστρεψ. quam Διαστ. adſcriptum marg. *Ar.* c Καταφρονηθήσῃ] Bene ita *P. H. S. Bt.* & 2. Καταφρονηθείσῃ *F. Fl. Ald. Fr.* d Ὅρα] Ἄρα eſſe in quodam addit *Solan.* & ἄ in *Pell.* non vero ſatis diſtincte. e Ἐν τῷ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι *Fr.* Vulgatum eſt in cett. f Δυνησόμεθα] Reſtitui ex L. Δυνησόμεθα Edd. hac priores.

que ſic malunt, ſervavi, & hic & *Paraſit.* c. 38. *F.F.R.*

3. Οὐδὲ συνουσία διαστρέψει] *Non pervertet concubitus*, ſed rectius antiquus liber οὐδὲ συνουσία διαστρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non suam valetudinem labefactabit. Διαστρέφειν eſt *avertere, abducere.* Διαστρέφειν *diſtorquere, corrumpere. F.G.G.*

4. Παρατρέψῃ] An διατρέψῃ; *Marc. Antoninus* de vita ſua: ἡ συνουσία ἐγένετο σαρκὶ διατριβήν. Παρατρέψει σε, i. e. *atteret te, conſumet, conficiet. F.G.*

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati ſunt, *non pervertet coitus, neque hujus cauſſa bis terve per diem rem tuam diſſipabis.* Ego, nec quid ſibi διατρέψει, *pervertet*, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem ſuam diſſipare poſſit.* Putabam autem legendum eſſe διατρίψει, quod verbum convenire huic loco, non eſt opus ut oſtendatur. Alterum autem σπαθᾶν intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, ſolitas apud Graecos etiam inſtaurari in ſingulos dies, vel nomina ἀρίστου, δείπνου, ac δόρπου ſatis indicant, de quibus vid. *Pall.* 6, 101. ſeq. Porro ipſa propria verbi σπαθᾶν notio non tam ad *diſſipationem* & *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *denſandum, infarciendum*, cum ſignificet propria ſpathae textoriae ope ſubtemen intra ſtaminis tramas inſertum denſare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶζ dici eos, qui cupide ac copioſe cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode tranſtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Exerc. Spanhem.* ad *Ariſtoph. Nub.* 55. Cogitabam etiam ἢ δυσπεψίαις, aegritudine non

aſſi-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatio? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, cum, quae facillime fugiunt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem relinquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos ut arceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Τί δέ με ὁ κακοτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, ἢ ἡ πρὸς τ αὐλὸν αὐτη φρενοῦτις, ἢ ἡ τῶν γυναικῶν ὠδὶ τ θρῆνον ἀμείλικτος; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος [g] ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τ ἄκρατον ὀπτᾶν; ἢ νομίζετε καταχεῖν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, ἢ μέχρι τοῦ Ἅιδου διΐξειν; τὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν καθαγισμῶν ἢ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοτιμώτατον τ παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς ἀναλαβὼν, ἄνω εἰς τ οὐρανὸν οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τῶν κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἄχρειον, ἐκτὸς εἰ μὴ τ σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι ποιεῖτε εὐκαλεῖ. οὐχ οὕτως ἄπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ, οὐδ' ἀπολέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' [h] ὑμῶν τὰ σιτία μελαγχολῶμεθα. ὥστε μοι, νὴ τ Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῆλθεν ἀνακαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic Fl. H. P. Bi. Στεφανωμένος *J.* h Ὑμῶν] Sic bene Fl. Fr. P. &c. Ἡμῶν *J.*

20. Αὐλὸν] Αὐλητὰς γὰρ συνεκάλουν ἐπὶ τὰ πάθη τ ἀποκαμόντων, * ὡς δῆλον ἐκ τοῦ θείου Εὐαγγελίου. *V.*

* Ὡς δῆλον] Poſteriora haec verba deſunt in C.

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque *ἐπὶ τούτοις inſuper*: non quo vehementer probem; ſed quod nihil novi rectius. *J. M. G.*

Παρατρίψαι] Διατρίψαι facilius concoquo quam παρατρίψαι. Placet tamen magis conjectura *Gujeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. *J. F. R.*

Ibid. Σπαθήσεις ἐπὶ] I. e. *inſuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. *F. G.*

10. Καὶ λέγουσι] Ὅτι λέγουσι. *Th. M.* In καὶ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. *J. F. R.*

13. Καλαυλισθῆς ἐπὶ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι. *In ſuperpoſito monumento.* *Th. M.*

Καλαυλισθῆς &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro *ἐπὶ*, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. *J. F. R.*

17. Δυησόμεθα] Ita L. recte. In Impr. δυσόμεθα. *M. du S.*

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui στεφανούμενος proparoxytonos dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κακοφωνίαν pareret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. *J. F. R.*

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. *J. F. R.*

27. Νοτιμώτατον] Conf. ſupra Mic. c. 39. *M. du S.*

35. Μελαγχολώμεθα] Vertitur *deportemus*. Redde: *petamus.* *F. G.*

40. Ὡς ἄρα &c.] *Homer.* Il. Π. 502. & 855. *M. du S.*

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀπισθαφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὰν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μελαγειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῶν ἀνοίας καλαχρῶν, ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζουσες.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι κατ' ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] θειχρίᾳ, ὁ δὲ Σκύθης καλεῖται, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. ὅτε μύτοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσαλο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obsecro*, si dicat talia conversus mortuus, & nixus cubito; nonne aequissima nobis videatur dicere? Sed tamen stolidi homines & vociferantur, & arcessito quodam lamentationum Sophista, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quasi suae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, suas querelas illius cantui subjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero supereſt, divisi per gentes quantum ad sepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Persa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *succis velut* muria condit Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, siccatum cadaver convivam suum & compotorem solet facere. Saepe etiam pecuniae in-

[a] Διὸς] Omittit *Fl.* [b] Συνειληχότα] Nihil variant Edd. [c] Ὑάλῳ] Ὑέλῳ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogn.* In ὑάλῳ consentiunt nostri Codd. & Edd. [d] Περιχρίᾳ] Emenda θειχόῃ, vel θειχέῃ, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μελαγειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Nóster de eo ritu, quo in funeribus solitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum est certissimum. Quid enim est συνειληχότα συμφορὰς? Pejus id in edit. *Amst.* ubi συρειληχότα. Συνειληχότα est ab συλλαγχάνω, sive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλιχότα, ab συλλίγω, *colligo*, *corrado*. Demosthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἠδίκηκεν ἔχων λέγειν, ὥσπερ εἰκὸς ἐν ἀρχῇ τὸν λόγον, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ, καὶ προπηλακισμοὺς τοσούτους, &c. Exponе itaque Luciani verba, *Arcessentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres casus quos corraserit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.* *J. F.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic est quem *Homerus* Θρήνων ἐξαρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλιχότα a συλλίγω. *F. G.* Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus*. Sed quum alii aeque conjici posse dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam sivi, facile autem utrovis more emendandam, si quid opus fuerit; *Fensii* tamen conjectura magis placet. *J. F. R.*

49. Καλαχρῶν] Dativum sive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Fensius* in Lect. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Asin.* c. 52. *J. F. R.*

53. Ἕλλην ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combussisse. *G. C.* Ἕλλην ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in usu esse deierat VII. 7. Vid. *Meurs.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id soli facitabant. Brachmanis etiam mos ille, seu Gymnosophistis solemnis erat. Vid. Πρ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἔθαψεν] Persas cera circumlitos mortuos condire solitos scribit *Cic.* quod & Asiniis attribuitur. *Strabo* etiam sola, inquit, sepeliunt corpora Persae cera oblinentes. *G. C.*

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ θειχρίει] Lege ὑάλῳ θειχόῃ, seu potius θειχόει. id est, *vitro incrustat.* Indi mortuos incrustasse testantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Pessime interpres: *adipe suillo oblinit.* *AE. M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ θειχρίει] Ὑαλῷ magis Atticum esse quam ὕελῳ, adsentior *Phrynich.* p. 136. etsi posterius quoque non semel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὑαλῷ *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel sexies ita scribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὕελῳ dixere Attici, ὑαλῷ communiter Graeci. Περιχρίει autem vel θειχρίει pro θειχρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, sed de re ipsa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens saepe & constanter verbo θειχίζω utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ θειχώσαντες αὐτῶν πολλὴν ὕελον. ac deinde ibid. αὐτὸς φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὴν μύτοι ὕελον μὲν θειχίζω γυμνοῖς τοῖς σώμασι. Iterum deinde: περὶ τὴν εἰκόνα χρίζω τὴν ὕελον: nec non III. c. 9. &c. non

indigenti Aegyptio solvit, inopiam pignori oppositus in tempore frater paterve.

22. Aggesti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inscriptiones parvo tempore durantes, quei non superflua, & lusibus similia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam instituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quasi caussam defuncti agerent, aut testimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Post haec omnia sunt parentales epulae: Adsunt cognati, & parentes consolantur defuncti, & gustare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos se praebeant, sed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non possint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

ὀπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν χρῃῷ.

[e] Χώματα μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον ἀφαρκῆντα, πῶς οὐ περιττὰ, καὶ παιδιαῖς προσεοικότα;

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τοῖς μνήμασιν, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυροῦντες τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ περίδειπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας ἀναμιμνήσκει τὸ τελευτηκότος, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη τρισὶν ἡμέραις ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι μού τινος, ὦ οὗτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

[e] Χώματα] Χράμματα *Fl.* male. [f] Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod nostrum vitrum fuisse, recte ad loc. priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Wessel.* conjiciens sal quoddam fossile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At si artificialis, quod Cl. *Gesn.* existimat, compositionis incrustatio fuerit, vulgatum Luciani στέγμασι aeque satisfaciet ac στέγνοις. Merum sal quidem sufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum subterraneorum facile liquescit, & frustra sic cadavera forent ante exsiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis specularis, vel simile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etsi vitrum quale nostrum, illo tempore dudum notum fuit, ut supra vidimus. Hoc autem ita circumfundi posse, non est verisimile. *J. F. R.*

Ibid. Ἠλοῦς] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quae in pyra mox cremarent. *Virg.* *G. C.*

55. Ὑέλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Ælianus* V. H. XIII. 3. narrat in sepulchro Beli repertam πύελον ὑελίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἁλοΐῳ. Sic in vitrea theca asservatum Alexandri Magni cadaver conspexit Augustus. Vid. Notam ad Νεκρ. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi servant: Persae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.* *Cic.* Tusc. I. 45. & *Herod.* I. 140. *Fl.* ὑέλῳ. *M. du S.*

Ὑέλῳ στέγματι] *Suillum adipem* interpretationis antiquae facessere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi posse, manifestum est ex verbi στέγματι notione. *Hesychius* non tantum ὑαλὸν & ἁλοῦν λαμπρὸν interpretatur ac ἀφανῆς, sed ipsum etiam ὑαλόν. Et quid simile vitro, quam illa accepta a Seribus h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gummatum solutiones ac praeparationes ad condituram corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura similis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera succino circumfuso condivit, si vera sunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J. M. G.*

56. Ταφεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. *P. Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. f. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (τεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ἐν οἰκίαις ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemsterh.* ad Nostri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J. F. R.*

57. Λέγω δὲ ἰδὼν] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. *F. G.*

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec post reditum ex Aegypto, (vid. Ἀ. μυθ.) cum antea illic fuisse non constet. *M. du S.*

59. Διομῶνι χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

Ibid. Ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ — ἰσχνῷ — χυτρόμβῳ] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. scribens: νόμιμον δ' ἔστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ δίδοσθαι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὀνειδός τι μέγιστον ἀπολεῖσθαι, καὶ μὴ τὴν τελευτὴν τάφης. Ubi Cl. *P. Wesseling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omisso hoc Luciani testimonio, adfert. *J. F. R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi passim. *M. du S.*

83. Καὶ

ἔασον ἀναπαύσαι τὸν τῦ μακαρίτυ δαίμονας· εἰ δὲ καὶ τὸ παράπαν [a] κλαίειν διέγνωκας, αὐτῦ τε τύτυ ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα καὶ ἀφαρκέσῃς πρὸς τὸν πένθυς τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδῆται δύο τῦ Ὁμήρυ στίχοι·

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτυ.

Καὶ,

Γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιύς.

Οἱ δὲ ἄπιστοι μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανεῖεν μὴ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τύτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ὀπτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, ἀφ' τὸ τὸν πολλὸν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

ance. *Patere requiescare felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei causſa oportet cibo non abſtinere, ut magnitudini luctus ſufficias.* Tunc ſane, tunc in omnium ore ſunt duo Homeri verſus:

Pulchricoma haud Niobe tamen eſt oblita ciborum

Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, ſi videantur poſt cariſſimorum mortem humanis tamen paſſionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, invéniat aliquis ſi obſervet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλαίειν] Κλάειν *Fl.* ſine puncto ſubſcripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' οὔπως] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque ſtatus eſt, ſed adverſaria. Ut enim illic contenditur praemium eſſe dandum tanquam tyrannicida, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatisfeciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à perſona Judicum; deinde calumnia adverſarii, qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, reſpondet per abſolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius perſona, atque ipſo viciſſim in ſuſpicionem, ex modo actionis vocato. Poſt exordium propoſitio ſequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorſum in hac cauſſa maxime ſpectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, qua alter in argumento ab imo ad ſummum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut qua non quid quisque voluerit, ſed quid effecerit, ſpectet, neque cogitationes, ſed facta praemiis compenſet. Conatum vero elevat variis ac multis ſimilibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus ſatis eſſe, conari aliquid & coepiſſe, ſed praeſtari oportere. Effectum conditiones ſequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus ſpectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diverſam eſſe rationem praemiorum & poenarum. In maleficiis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipſa effecerit. Poſtremo & patriae gratis inſervire ac officium praeſtare cives debere & illum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex jubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, eandem filii, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit; & hic conſilium quoque petituris ſubvertit, primo ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & poſt eventum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex jubet, & mortis cauſſam qualemcunque praebere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſupra coeptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non abſolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eoque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & caeteris rationibus: qua alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipſum tyrannum non ut quisque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremo etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi cauſſa haec, Judices, apud concionem popularem, quae ſtudiis potius, quam exacto rerum judicio duci conſuevit, eſſet agenda, ac non magis apud Judices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos ſapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & inſperata laetitia geſtientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualique perſonam hujus negotii intuentibus, non faciem ipſam propius contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis eſt ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans laetitia, non ſolum judicium omne funditus tollere ſolet, verum etiam noſtri ſen-

ſus non raro nobis eripere: praeſertim (ſi quemadmodum haec noſtra) poſt graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempeſtatem ſaeviſſimam repente praeterque ſpem (quaſi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quam ſervitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipſis, ſed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aeſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum laetitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum inſtituere non ſinit. Verum veſtra Judices ſingularis ſapientia perſpicacitasque non hoc tantum ſcrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, uti ſperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (ſicut ille calumniabatur) ſed ſolita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis non modo non invidioſum, ſed favorabile, plauſibileque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum benevolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam illam ſervitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigiſſe, nihil prius curandum nobis eſſe judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas eſſet profecta, quo videlicet munus ſuum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & conſtabilire tuerique quod largiri non eſſent gravati, meminiſſemusque iisdem in manu eſſe, ut eriperent ingratis, quod optantibus dediſſent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre poſſumus: ſi beneficium acceptum agnoſcamus: ſi celebremus, ſi ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem eſſe volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim iſthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accreſcat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhauſtius eſt, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male conſulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis repoſcant, ſi quod ipſis ſolis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obſecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate ſua reſtitutæ libertatis periculoſam occaſionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum Diis eripere, ſibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipſas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, niſi ſibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus ſpecioſius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui ſibi laudem tam eximiam uſurpat immeritus. Nullum praemium honeſtius illuſtriusve, quam quod tyrannicidæ debetur: Sed hoc impenſius accuratiusque ſpectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta ſi quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis eſſe videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo poſt evincemus. Proinde cum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamſi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa inſuper illi creditori ſint debituræ. Quæ cuncta quum potiuſſet jure potuiſſet: maluit tamen homo verecundus, unico perſoluto, reliqua ſibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip., quoties libido ſit, poſſit improperare. Tum illud utrum riſu potius, an odio dignum exiſtimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatiſſimum ſeveriſſimorum judicum conceſſum, Thraſonem quendam nobis e comoedia retulit? Senſiſtis, judices, ut è corona plerique riſum tenere nequierint, dum perſonatus iſte Hercules tragoediam illam ſuam nobis recitabat: de ſeſe terque quaterque tyrannicida, de ſapiente illo gladio commilitone ſuo, qui per ſe prudens ſenem interemit: digno videlicet, qui inter ſydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis ſuum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam faſtuoſo vultu, quam arrogantibus ſupercilliis, quam ſtupidis oculis, ſuum ipſe vobis encomium detonabat? Quaeſo, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortiſſimo gladio, qui vel ſine me, meas vices, ubi lubebit, acturus eſt. Quis tandem iſtam feret jactantiam, vel in eo, qui vere tyrannum occidiſſet? Haec quoque me cauſſa, Judices (neque enim inficiandum eſt) commovit, ut hujus obliſterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odiolam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim univerſa civitas Diis libertatis authoribus grataretur, ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit, quam indigne tulerit victimas Diis ſervatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, ſi id ad hujus intolerabilem jactantiam, veſtra authoritas, veſtra comprobatio, ſi praemium quaſi piguus acceſſerit? Quid, niſi ut tyranno ſubmoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventoſæ linguæ, gloriaeque quaſi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam tragoediam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam & gladium prodigioſum minitetur? Utrum eſt hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipſi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo ſcilicet munere) uti, quum tu ſic abutare? qui liberum

ti-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos eſſe, niſi te a tyrannicidae praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidae praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiae crimen, ſi imprudentiae infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberae civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiae ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſeveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quae quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus identidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam acciderat) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare? quae adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, a lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationem meræ voluntatis, quaeſo te, in petendis præmiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut viciſſim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verum illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, exploſus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te, quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur, aut abſolvuntur homines. Si conato pollicitum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam anguſta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet aeſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt aeſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum aequi bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod a præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego præmium. Saepenumero pugilum in Olympicis, ſaepe in certamine ſpectator (opinor) ſedi̇ſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in curſu, is a præmio longiſſi-

gissime abesset, & ignavissimo faveret eventus? Habeat ille sane, quod causetur, excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, jactet se vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Thersitæ praestitit Achilles, nisi metam prior attigerit, profecto postulandi praemii jus nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, ut ejus uteretur conditione, id est, ita demum praemium ferret, si virtuti fortuna favente vicisset. Alioqui si conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui solemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia statuantur, non honoris, sed solatii gratia: verum seriis in rebus, atque adeo periculosis, quaenam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: & ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum abis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello servarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aspiravit, quod se telis objecerit, quod non sine multis vulneribus discesserit? Profecto nisi cive servato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi, Judices, ut moenia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum? Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inverecundus est, ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempestate desertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicario est earum rerum, quæ navi vehebantur. Quorsum attinet hic tuam jactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quæ sunt in navi, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te vel pilum finat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, supplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis esset enisus, quod gnaviter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi praescriptum a lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere, quod tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memoria contigit, desine tibi nova spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depueris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ praemium, duobus duntaxat verbis est opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non niti tyrannicidæ debetur praemium. Alioqui quid dices, si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemisset: utrum omnes tyrannicidæ praemio potientur ex aequo, nempe quia conati? Age quid si multis strenue rem aggressis, uni cuipiam, qui sit omnium ignavissimus (ut non semper virtuti respondet fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam, negabis aequum esse virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, nisi fortunæ suffragio adjuventur. Sed quæ tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel summum artificem ab imperitissimo superari, si modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum caussatur: propterea quod, cui lusus hujus lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid praestari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praestari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod si, postcaquam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunam stetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunam, si ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quæ ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi praestanti. Neque vero existimemus, Judices, istud a majoribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato praemium non esse statuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non posse, nisi summo civitatis periculo suscipi. Unde futurum prospiciebant, ut si conatui praemium statuissent, temeritate conantium resp. subverteretur potius quam restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium praesentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiaque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, ut dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi discrimine conatum praemio judicas invitandum esse: an potius poena deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit? Nec illud te sublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget simplici sceleris molitioni, par esse, ut multo-magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta est: hujus cum publico reipub. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaestionem venire sinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremo non vides, nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quasi quaedam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes, quam multa sint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contra, vix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praestare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut a quovis non improbo cive praestari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae semet ipsa adstringit. Nec mirandum est, si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quae nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non praemium illico tibi debeatur, si persolvas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illae tibi praemium debiturae sint, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, sed malis e moribus natae sunt, id quod vere vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poetae, suo quemque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abunde se ipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profecto plus quam impudentissimum est: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiserit, civis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur: interim finge sane, praecipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam virtutem abunde magnum sui praemium judicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo civis sis optimus. Quod si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod praemium desideres, certe maximo proximum est gloria: hoc tu jam propemodum tulisti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circunferre? Ista, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia sine quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiso, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeso te, quantula pars abest e tuo praemio quod laturus eras, etiamsi tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae sufficere debuerant, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur praemium, quod aliorum proposita fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugitantem persequemur, nec usquam sinemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo mox:

pox: nunc hoc cujusmodi sit inspiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occisum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo sustuleris: imo splendidius illhuc videri vis, quod tuo quidem ense, verum ipsius dextera sit interemptus. Haec tam honesta, Judices, oratio possit parum attentum fallere, praesertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confossum: parentem senem miserum, illi circumfusum, eodem exanimatum ense, sanguinem utriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed quid ad tuam caussam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multo omnium jucundissimum extitisse civitati, quum senem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet sese levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haec quum per se maxima, quam Reip. sint gratissima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater sine controversia tyrannus occisus est, an fortunae, superumque dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus est, id vero quam est futile nihilique. Quid si tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidae praemium petitum venires? Lex occisori pollicetur honorem: tu eum jugulasti, de quo certe controversum esse poterat, tyranni nomine censendus esset, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti a praemio: sin metu, multo minus etiam caussae est postulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquisse viderere. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praescires, ut senex illico sibimet eodem gladio necem conscisceret. Videte, Judices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi divinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Siquidem haec vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos invenires, qui ista praedicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri dissimilius, quam asseverare, id certum praescisse te, quod tale sit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es assequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, nisi ut vel sperares, vel suspicarere? Porro in re tam ancipiti, quae dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas conjecturas, quibus hic noster vates praesensit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate fessus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet esse superstes. Nonne sentis haec adeo non esse naturae rerum consentanea, ut jam omnibus videantur esse confutata, vel priusquam refellantur? Utrum seni mentem ullam fuisse putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: sin putas sapuisse, cur erat quod usque adeo diffideret? Quasi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quae omnia si magis in senem quam in adolescentem competunt, cur tu in diversum torques augurium? An non illa aetas usu rerum callentior est? An non altius dissimulat? An non cavet diligentius? An non prospicit oculatius? Irascitur implacabilius? Tenacius injuriae meminit? Meliusque in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiae duce quantulum est illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus satelles quispiam audacior? Quum arx supersesset approbe munita, supersessent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in civitate factiosi potentesque, qui non solum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimium secure negligantur. Usque adeone senem cruda viridique (quod omnes norunt) senecta callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, una filii mors consternavit, ut rebus desperatis protinus e vita sibi migrandum duxerit? Praesertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo invidiosiorem, idque ob libidinem, atque aetatis insolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem, filium è medio tolli. Etenim quo propius ad justi regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus est invidiae obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille solum hoc augebat, quod maxime tyrannos solet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in calidi senis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto posset superesse. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro sene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam isthuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori voluerit, sed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum isti sunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium novit. Exuit haec omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel Deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerioque ad fulciendum imperium indiget. Quod si ullos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleratos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praepoſterum, vel perverſum potius quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoïcus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos diſcernit, quod philoſophus honeſto metitur ſua conſilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium ſentire potuit, qui in patriam vitae parentem altricemque, qui in coelites omnium bonorum autores tam ſit impius, ut illam crudeliſſima opprimat ſervitute, horum fana deſpoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, ſinamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc eſt, ignem in flumen transferre, an tandem perſuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamaſſe filium, usque adeo in eum omnes vitae ſuae ſpes, voluptates, opesque ſemel contuliſſe, ut illo ſublato, ne minimam quidem vitae cauſam ſibi reliquam eſſe putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex univerſo mortalium genere: non ex hoc ſeculo, ſed ab orbe condito, & ab ipſo (ſi vis) Promethei ſimulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quae ob liberorum necem ſibi fatum accerſiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeſte ferat. Privatis parentibus vel indulgentiſſimis, muliercularum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus ſufficit, tyranni in filium charitati non niſi ſolam mortem ſatisfacturam eſſe tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum eſſe potuit, utro ſe dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in deſperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut ſenex natura ferus, civibus infenſus, vel maxime vellet eſſe ſuperſtes, vel ob id denique, quo veterem illam iram, nunc filii nece acerrime exaſperaram irritatamque, Reip. ſuppliciis ſaturaret. Quod ſi alias vitae pertaeſum fuiſſet, haec nimirum una cauſſa poterat illum in vita retinere. Quid autem ſenili animo vindictae cupidius? An neſcis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aeſtu, quo flagrare ſoleat incendio, ſi quando atroci inſignique contumelia laceſſatur? Quae vero potuit eſſe atrocior, quam filii caedes ſic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid ſaevitiae, quicquid immanitatis: ſi qua ſanguinis ſitis, ſi qua ſuppliciorum fames, denique ſi quid tyrannicum, id omne ſemel de integro poterat excitare, quaſique renovare. Mitiora etiam animalia datae orbitatis injuria, in rabiem ſolet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum eſſe certiſſimus augur exiſtimaſti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod ſi tibi uni compertum erat, tyranno ſic in deliciis eſſe filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, niſi ut ſaeviſſima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem verſa, in miſeram hanc civitatem dilaniandam diſcerpendamque inſiliret? Id ſi non evenit, magna Diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in noſtra capita fortunasque immiſeris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuiſſe tyranno cum noſtris affectibus commune, an confingere ſic adamaſſe, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua conſtabit divinatio: quae niſi conſtiterit, non eſt quod ad ejus rei laudem aſpires, quae fortunae commoditate te imprudente evenerit. Poſtremo donemus & hoc tibi, ut praeſciveris, & certum praeſciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde eſt ac ſi non praeſcieris, quum praeſcientiae tuae fidem legi facere non poſſis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando iſthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum poſteaquam rem feliciter evenſſe videres, tum demum poſt factum vates eſſe coepiſti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici conſuevit, poſt eventum ſtultos etiam ſapere: & quo fortunae beneficium verbis in te tranſmoveres, tragoediam iſtam nobis comminiſci coepiſti, cauſas reperiſti, quibus praeſciſſe videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praeſtitiſti, qui tam inconſiſtentia, tam cum natura pugnantia finxeris, ſaeviſſimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugiſſe: ob unius capitis necem tutum ſibi non putaſſe in vita commorari, quum omnia ſupereſſent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, ſublato eo in quo omne tyrannidis praeſidium collocarat, repente rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus eſſe, tametſi ne fucum quidem ullum habent veri, ſi mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, ut non ſpadones ac pallacas longe praetulerit: qui ſic illis indulſerit, ut non ſuſpectos haberet obſervaretque: qui ſic illis ſit fiſus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac ſervis ſtigmaticis plus quam in illis fiduciae poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, ut vivos eſſe pati non poſſent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum ſe tutos eſſe putarent, ſi quis illos è medio ſubmoviſſet. Nullus inutilior tyranni ſatelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille ſicarios, fugitivos, homicidas, ſacrilegos: his vitam ſuam mavult committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, praeſidiumque tyrannidis multo tutiſſimum: hos ſi quis ademerit, cauſſam videatur dediſſe, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat: Aetate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis ſapit ſenecta: Cuſtodiis quas obtinebat? At ſi adverſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi unus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiae quo deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolens, propterea quod

quod reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt: Filius illud praemium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum neſcio quid: mane, praeſenti, nihil inexpugnatum omittam, urges. Niſi praeter modum adamavit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſcivit? Ifthuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam ſpem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiſerint, ut ſibi vim adferret: hoc tantum evincere fat eſt, te nullis conjecturis hunc exitum certo praeſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Jam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiaverat. Jam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commoverant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex Diis atque hominibus dignas admiſſorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſponta-neam ſui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugiſſe, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, niſi ratione probe perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Ubi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc ubi res praeter ſpem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diverſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim cives ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, jugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere. Quid hic dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuito praeter propoſitum evenerit. At nunc nonne injurium eſt, quod boni, fortunæ commoditate, praeter ſpem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere? Etenim te nihil expectaſſe minus, quam id quod evenit, vel ipſa res clamitat. Si hoc animo conſcendiſſes arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam ſpem animo concepiſſe: nunc caſu neſcio an metu potius in juvenem incidiſti, & tum denique divina iſta mens & futurorum praeſaga, ſed quæ non niſi poſt eventum ſua prodat oracula, te corripuit. Quum eſſet fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuoſa, ſecum velut ociosus conſultare coepit, utrum ſenem ſua dextra dignum exiſtimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipſe ſibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde deſcripſit, nimirum (ut jactat) poëta, quaſi ſpectator aſſiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum ſtrinxerit. Ejusdem profecto impudentiæ fingere praeſciſſe ſe, quod eſſet eventu conſequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quaſi videris. Quanto melius tuo commento, id eſt, fabulæ ſua fides conſtitiſſet, ſi ita finxiſſes: te quum peremptо juvene, ſtricto gladio ad ſenem ire deſtinaſſes, repente a tergo adfuiſſe Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocaſſe te: vetuiſſe ne tam luculentum facinus ſenili caede obſcurares, ſeſe citra tuam operam curaturam, ut ille ſuapte manu, ſed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, ſed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod eſt te dignius) repente Deam ſepiſſe te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otioſus ſpectator aſſiſteres, nec prius illinc diſceſſiſſe, quam negotium omne confectum vidiſſes. Haec ſi confinxiſſes, paulo minus malum poëtam te praeſtitiſſes? Sed ocium, opinor, non ſuppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium poſtulandum rapiente. Nunc vel ipſa te prodit inconſtantia, figmentique coarguit. In arcem aſcendiſti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod ſole ipſo clarius videri vis. In medio negotio ſubito, nescio quis Deus, oculos tibi reſtituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro ſi veris fidem facere voluiſſes, narrare debueras, quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conſcenderis, in aedes clanculum irrepſeris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, ſed ut experireris, ſi quod tuto facinus poſſes deſignare: haec molienti commodum faviſſe fortunam: itaque quum adoleſcentem ſolum atque incuſtoditum offendiſſes (ut eſt ea nimirum aetas ſecurior, periculique minus cogitans: praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud ſcio (ut mores illius erant) multo vino ſepultum, atque immodica libidine defeſſum, fortiter jugulaſſe ſcilicet, & ſomnum illi cum morte, id eſt, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxiſſe: deinde ubi jam cardines procul ſtridere coepiſſent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugiſſe, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec ſicarii ſolent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitaſſe te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, ſemotasque mundi latebras animo circumſpectantem, in quibus abditus poſſes irritati patris ſaevitiam fallere. Jamque te ad ſponta-neum exilium accincto, repente in vulgus exiiſſe famam, liberam eſſe civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugiſſe, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ cataſtrophen immutaſſe te animum, & qui prius de ſalute fueras ſollicitus, protinus ad praemii ſpem arrectum fuiſſe, lucrique aviditate, priusquam

tibi satis esset excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non unum praemium tuæ virtuti fore satis. Haec nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis praescientiam niteris persuadere, quam multa commisceris, non dicam tota facie a vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam materne filium adamasse, ut sine eo vivere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se jugularet. Non vides quam non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contempseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem sentimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contemptisti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum vel unus (si seni vires deerant) sufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium hic interdum acri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validissimis saepenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum farcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti invitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi maluisti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuso, imo miror magis quod pedibus consistere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, sed quod arbitraretur, & haud scio an vere se petitum fuisse, dexteram tuam erasse tantum in filio. I nunc & spera, non dicam hos Judices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam mucosis naribus, cui non suboleat, imo qui non plane odoretur, praesentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum haerent in explicando tragoediæ argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxisti, quo praesentionem tuam judicibus probares, sine qua videbas praemium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministravi paternæ mortis, qui gladium quo se feriret reliquerim: atque id solum non modo satis esse putat ad petendum praemium, verum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecretur, Dominus pro Deo praesenti colatur. O hominem suavem, si has spes vere concepit: impudentem, si, quum non speret, postulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in sylvam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus deest Tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in civium jugulos distrinxisset? Quid si eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adolescentes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus ense peracta est. Id si non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id Diis in manu est: si bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: sin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionem: quæ si feliciter, mirentur omnes: sin infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam necesse videatur, quippe tam frivola: verum id propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeso ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attente cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo dejicio; hic sibi vehementer fidebat, hunc aeriter urgebat locum. Negabat vitari posse, quin praemium deberetur, quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus dissertum ajebat, nihil interesse utrum manu sua quis occidat, an mortis causam praebeat. Addebat, aequum esse, ut cum in maleficiis causam datam imputarent leges ad supplicium, multo magis idem ob-

fer-

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidæ praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, cum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hîccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeſciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quamquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſæ aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine poenam irrogat: partim propter ſu pectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiisque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum ſperans ut eo hauſto pereat, tametſi non bibit aegrotus, tamen veneficii poſtulari poteſt qui poſuit, propter vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille molieba-tur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, niſi illum inculpata ignorantia abſolverit. Porro ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quæ tu nihil intereſſe dicebas. Primum non ſtatim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim a legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur eventus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus aeſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit praemii petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc jugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret: quod eventurum ne vates quidem quisquam praeſcire poterat, tu nec ſuſpicari. Imo poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunæ arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te non poſtulat: at idem ſi male eveniſſet, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, ſimulatque occiſo filio ſe peti inſidiis perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo tes tibi conſtet, cauſam dediſti non ſolum non idoneam, verumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentiſſimo demonſtrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidiſſe: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an ſimplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentiſſime filium adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinaverat, illo ſe oblectabat atque haec de privato ſene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe, praeviditſe futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitæ oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe jugulandi ſenis voluntatem, ſed hoc tantum egiſſe, ut miſerabilius ſua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miſeri patris malis exſaturares. Ideo juvenem necaſſe, in hunc uſum gladium in vulnere reliquiſſe. Vides quanto ſint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi ſuſpicionem cauſæ qualitate purgabis. Negabis cauſam idoneam fuiſſe, cur ille ſibimet manus adferret. Te nec praeſcire, nec timere potuiſſe id, quod ſit conſequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem ſponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuiſſe, ut & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quam impotentius amare ſit conſentaneum, ac minus adverſum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac cauſa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis ſuſpicione, quod cauſas parum idoneas dederis, hic ex cauſis multo minus idoneis propter perſonam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuiſſe ſuſpicatus, verumetiam certum praeſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari non poteras, propterea quod tametſi vitio abs te data eſt cauſa, tamen idonea non ſit ad id quod evenit. Imo ipſi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, ſepultura prohibitus, quod civitati citra cauſam idoneam civem unum ademerit. Tibi non niſi unius filii mors imputabitur, etiam ſi mater quoque & filiæ & ſorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, niſi feliciter eveniſſet: quippe ubi ſummum Reipublicæ periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter poſſet. Venio nunc ad quartum illud praeſidium, Judices, quod iſte tutiſſimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non ſolum ſit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curioſe (ut ajebat) ſecum agam: ut quum poſſim in crimen ac poenam vocare, ſat habeam ab honore non promerito ſecludere. Ait ſi tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam ſi hunc eventum Dii non dediſſent, ut ſenex ipſe vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, ſi tyrannum ſuæ furiæ non eſſent ultæ? Dii quidvis potius dederint, quam iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quando quidem id tuto licet: tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Tune, inquam, occiſo filio, relicto ſene vivo, tyrannicidæ praemium peteres? An potius nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quæ dare poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſupplicils exanimareris, aut in extremis Orcadis exul deliteſceres: nos pro tyranno jam immaniſſimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem conjeciſſes. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeterinane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? Duos igitur haec civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur, Quando autem antehac unquam fando

de auditum est, duos una in civitate sedisse tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alvearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non convenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides necessario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuisse mavis in patre, an in filio? Si juvenis adversus senem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium postulas? Tyranni partes adjuvisti, non Reipub. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel praefectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, sed pro causae tuae commoditate comminiscebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam senem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quae natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo succedentem. Privatus pater familias non fert filium se vivo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrannus sese veluti abdicans imperio, negocium omne in adolescentem rejecerat? Non dubito, quin & ipse videris, quam dura sint ista, & quam a communi sensu abhorrentia. Verum quid faceres, nisi tales personas induxisses, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeso te, an unquam auditum est Tyrannum aetate mitescere? Quando tu desines ea quae sunt privatorum, quae bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita aetate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit saevitiam aetas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenii tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quae quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi forte libidinem adimit? Quanquam ista Tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sane propter aetatem ad voluptates segnior, verum erat fastidiosior: unde fit, ut imbecillior sit ad coitum, ad raptum avidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebantur virgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo senile fastidium optione & varietate vinceret. Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna praestantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus senescere libidinem? Multo secus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis usus capit, quam nostra delectat contumelia. Ut frigeat in sene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, saevitia, nocendi libido. Postremo totum illud vitiorum agmen, quae propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturae bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenii a natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum usu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita evenisse, Judices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, quum sua cuique memoria abunde satis exemplorum suppeditet? Quod si juvenis sese gerebat insolentius, videlicet patris aburens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipso pene tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil cessit. Quasi vero non sit isthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri consuevit: praedae communiter in omnes distribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quam sibi ipli. Solum nomen sibi proprie vendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quam in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub unius umbra satelles omnis, omnis minister, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, si hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi forte tam diutinae calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim esset res usqueadeo misero tyrannis, si unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie advenae, feris quam hominibus similiores? Neque desunt, qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidae praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate fessus, omnem dominatum

in filium tranſtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed iſthuc quantum abſit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam obliviosus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad haec, veriſimillimum eſt nullius inſolentiam minus approbaſſe ſenem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiae odiique ſibi conflari (Callidiſſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis poſſit) vel quod pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quam ſuis uti mavult. Quod ſi clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora deſignabat filius, profecto non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribunt, neque bona diripiunt, neque fana diſpoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per miniſtros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium inſtituit, in unum ſtringendi ferri jus facit, illos ſuae cognitioni reſervat. Quorum ut quisque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi poteſt, certe tyranni vocabulum nemini congruit, niſi uni illi, ſub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſiſſimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, ſaepenumero auditum eſſe, id quod eleganter a doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Enceladó portentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi conſtat miniſtris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil eſt aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam eſt, quod neque pes ſit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem univerſa: at ita contineat, ut ab iis poſſit ſeparari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis inſolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut ſi mavis dextram: aut ſi ne id quidem ſatis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim illud portentum tyranni nomine cenſet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in te oculum aliquem involare, non ſinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poetae, ut pro uno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcantur: pro uno excuſſo oculo, plures acriores ſuccedant: pro una reſciſſa dextera, multae robuſtiores ſubpullulent: unius vitae te dominum arbitrumque conſtituit, qui ſibi ſit auſus tyranni vindicare nomen: quo ſublato futurum ſit ut membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut certe ſanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? *Poſſum* illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris ſatellitem nominabas. Non inficiabere. Rurſum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupaſſe filium: ſolius appellationis honorem ceſſiſſe. Qui convenit eundem & ſatellitem & tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit, non igitur uſurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, ſi quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi *juvenis flagitia* commemoras? Id te lex *voluit* occidere, quodcumque illud eſſet animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipſe fateris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis, legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, ſervitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit, hujus rei authori praemium *praeſtituit*. Satellitem, inquam, occidiſti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam ſceleſtum: ſatellitem tantum occidiſti tyrannidis, non caput: aut ſi caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi ſententia largiamur: fuerit ſane res tota tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuiſſe vocem ſine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis diſcedere? Praeſertim ita dilucidis, ut perſpicuum magis nihil eſſe poſſit, & commentitiam interpretationem domi tuae natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum perniciosius induci poſſe judico, quam ſi conſueſcant homines calumnioſi a praeſcripto legum recedere: & interpretamento, quod ad praetexendum facinus quisque ſuum maxime idoneum comminiſci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis ſententia quaeri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambigue obſcureve dictum: aut quum ex verbis & eventu abſurditas quaepiam extitit, eaque manifeſta? In priore non cujusvis commentum, ſed juris prudentium reſponſa, ſed Judicum ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore neceſſitas ipſa compellit alliquantisper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba ſpectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne ſuperſtitioſa cavillatione literarum legis ab eo quod lex ſpectavit abducamur: alterum ne paſſim a praeſcripto diſcedendo, leges omneis & judiciorum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt : propterea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, perniciolſiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere ? Neque quisquam non elaceretur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne trivolam quidem aliquam commentiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret : ita pro ſene juvenem, pro tyranno ſatellitem, pro homicidio tyrannicidium : & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur ? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini : verum ambiguas diverſasque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit ? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne ſine graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur : tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum : quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil aequius : interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſentiſſet ? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores : mii & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem : non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere : neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus : verum id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere : Quisquis pauper a locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet : dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tolatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus: id in multis ſaepius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut tituo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum : id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes : id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur : atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta : ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio : ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit : at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris : non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es : Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur : verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt ? Unum tibi lex nominatim deſignaverat : tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere : neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles, Judicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cautis lex tot vinculis aſtrinxit hanc invitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam : vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quisque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subversione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad illa tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit scelerosus, qui periit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu privata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo perniciosissimum in civitatem induxisti, & legum instaurationem a legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas: quam multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus servo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Judices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magistratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est invisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permisero. Si juvenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere; quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non comittere, ut hujus temeritas, si judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ majestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ praeter jus extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor saepenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos jugulas, si tibi jus est aestimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus sit occidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem subjecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: authorem non obscurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius civitatem semel funditus evertere, quam expilare: cives universos uno igni finire, quam in pauca quaedam saevire capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptæ, & longo jam usu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant, tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi ipsius caede. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisisset. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyranide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statuam restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quam admissi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quæ potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quæ sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, aere alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota sentina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quam sceleratis sint praemia) bonos etiam cives hoc malum involvit, dum vel timent fortunis suis, vel

vel rectum judicant ſervire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modo, cautim & circumſpicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra ſummam civitatis perniciem exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commode ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico praemium oſtendunt, digito demonſtrant, quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inſcite exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicumque lubitum erit: verum illud modo conſilium fuit, oſtendere tibi quam inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere praemia, in qua nequeas obtinere, ſi modo tecum exactius ac ſeverius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curioſum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te poſſim in grave diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non Judicibus modo (quibus iſtuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modo tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos revocemus? Diſpiciamusque quam multa tuo in facto deſiderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut poenam te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unum aliquod, ſed unumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum æquo animo cedes praemio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria haec tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi praeter propoſitum, non magis profecto praemium tibi debeatur, quam ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curioſe penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quo tyrannidem ipſe occupares, utrum praemium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo privatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palam, num praemium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno privatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei tyranno venenum dares, dediſſesque, num quaeſo, tyrannicidæ praemium poſtulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quam ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolum volens praeteriſti, verum etiam periculoſe in Remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio juguiaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi praedixiſſe, ut certum praeſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verum hoc poenæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre praemium, propterea quod ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum praeſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſaevieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Reſpub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſere deamaret, per vim conſtrupaſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quasdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum a lege praemium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem ut-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam pernicioſum in Rempub. non recipit : ut conſuescant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nusquam non improbat maleficia lex : & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum tribuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur : quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid iſtuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi falſus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via : hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tui fuerat officii : aut non ſuſcipere negocium, ut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc polliceri te quod dudum ſumus largiti : ut plane iſta via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum : niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris: ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clancularis ac maleficis artibus: niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in praeſens ſubmoveatur : verum illud multo magis reſpicit : ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere : ac praeclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis fatis tutum praeſidium : quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino fateſitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujusmodi animum Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem : ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. Tantum abeſt ut occideris tyrannum: ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre indolentiorem: quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſceleta lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti : in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto ſane, certum haeredem ſuſtuleris : igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet: non quem aliquando futurum divines. An qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum praeſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis: id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi deberur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflexit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique:

ve-

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex uſu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo præter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis præmium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe præmium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab æquitate Judicum, a civitate deorum munere læta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a præmio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, ſine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus ediderís, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro præſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi præſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtræ laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas hæc ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtræ, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut præmium aliquod feras, abunde magnum præmium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtræ proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle præripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Judices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſæpius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.